BROCARDICA



1567



Bibliothecae
Christophori HeINRIci
Andreae Geret,
S. Maj. Prussicae in Judicio
Regni Sacro, Principis item
Onoldini in rebus Sanctioribus,
Consiliarii;
Sacrorum repurgatorum eorum-
demq. Ministerii apud Thorunenses
Primarii et Senioris.

BROCARDICA, SIVE GENERALIA IVRIS,

D. AZONIS BONONIENSIS, I. C. excellentiss.

A multis & magni nominis Iuris Interpretibus, plurimis in locis allegata, nunquam tamen antehac, licet hactenus à multis sint desiderata & expetita, typis excusa: nunc verò primùm ex uarijs & diuersis, uenerandæ antiquitatis manuscriptis exemplaribus, opera et studio CASPARI HERVAGII *I. C. recens in lucem prolata.*

His in fine, ob argumenti similitudinẽ, DAMASI, Veteris Iuris Canonici & Doctoris Brocardica adiecta sunt.

Kawra.

Vnà cum INDICE *locupletissimo*

Jan Szaniecki.

Cum priuilegio Christianiss. Regis Galliarum, ad sexennium.

BASILEAE, M. D. LXVII.

PRIVILEGE.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, Aux preuost de Paris, Seneschal de Lyon, & à tous nos autres iusticiers & officiers, ou leurs lieutenans, & à chacun d'eulx, si comme à luy appartiendra, salut. Nostre cher & bien aymé Eusebius Episcopius imprimeur de Basle, nous a faict dire & remõstrer, qu'il a puis nagueres recouuert vng liure en latin intitulé Brocardica Azonis, non encores imprimé, œuure fort vtile & profitable au public, & pour iceluy recouurer & faire imprimer, il a faict de grans fraiz & mises, & craint que s'il le vouloit mettre en lumiere sans nostre permission & grace, autres libraires le vousissent aussy faire imprimer & mettre en uente, & le fruster par ce moyen de ses peines & labeurs, nous requerant treshumblement sur ce luy pourueoir. Nous, à ces causes pour certaines bonnes & louables considerations à ce nous mouuans, auons audict Eusebius Episcopius permis & ottroyé, & de nostre certaine science, grace speciale, pleine puissance & authorité royalle, permettons & ottroyons par ces presentes, qu'il puisse & luy soit loysible imprimer, & faire imprimer vendre & distribuer ledict liure intitulé Brocardica Azonis autant de fois, & en tel nombre qu'il voudra: & ce durant le temps, & terme de six ans prochainement venans & consecutifz, à compter du iour & datte de la premiere impression qui sera faicte d'iceluy, deffendant tresexpressement à tous autres libraires, imprimeurs & marchans de nostre royaume, de l'imprimer ou faire imprimer, distribuer n'exposer en uente durant ledict temps, sur peine de confiscation d'iceluy, & d'amãde arbitraire à nous & audict suppliant à appliquer. Si vous mandons, & à vng chacun de vous tresexpressement enioignons, que de nos presens congé, permission, ottroy & priuilege, vous faictes, souffres, & laissez ledict Eusebius Episcopius iouyr & vser plainement, paisiblement & entierement, sans en ce luy faire, mettre, ou donner ne souffrir luy estre faict, mis ou donné aucun trouble ou empeschement au contraire. Car tel est nostre plaisir, nonobstant quelconques lettres, mandemens ou deffences à ce contraires. Donné à Fontainebleau, le dixhuictieme iour de Mars, l'an de grace, Mil cinq cens soixante sept, & de nostre regne le septieme.

Par le Roy à vostre relation,

Coignet.

14440

1452 a 1962

NOBILITATE, ERVDITIONE, ET VIRTVTE CLARISS. VIRIS, IACOBO TAVRELLO, *Seleſtadienſi, Alſacio, inuictiſs. Rom. Imp.* MAXIMILIANI II. *à Conſilijs: ac* SIGISMVNDO EISSELLERO, *patritio & Iuriſconſulto Viennenſi,*

CASPARVS HERVAGIVS V. I. D.

S. D. P.

EX commentarijs, quæ ad ius Ciuile & Pontificium, à multis retrò ſeculis à magnis Iuris utriuſq; interpretibus, clariſs. atq; uiri doctiſs. poſteritati relicta ſunt, ſatis apparet, ſemper fuiſſe uariam & multiplicem tum ſcribendi, tum docendi, tam in iure Ciuili quàm Pontificio, rationem & uiam. Apud complures tamen in confeſſo eſt, nullam ad aperiendas & interpretãdas leges & canones methodum breuiorem utilioreḿq; inueniri, quàm ſi per contraria & oppoſitiones, ueritas diſcutiatur. Ferro enim, Baldo teſte, uiam aperit, qui per con-

traria tranſit. Et, ut Philoſophus inquit, oppoſita, facta collatione, magis clare-ſcunt. Neq; cuiuſq; rei ueram definitionem tutius aſſequemur, quàm ſi omnia quæ contrarium ſuadere uidentur, in medium attulerimus: quibus ſubtili ingenio dilutis, ueritas ipſa certius illuſtrabitur. Namq; rerum controuerſarum ſolutio, ſecundum Ariſtot. ueritatis eſt inquiſitio. In contrarijs igitur interpretum nerui laborant, doctorũ ſudant ingenia: quę tamen ubi ſemel fuerint rectè diſcuſſa, ſolidam perfectamq; ſcientiam ueritatis adferunt. Hunc interpretãdi, docendi & ſcribendi morem per contraria & oppoſitiones, antiqui legum interpretes diligenter obſeruarunt: eaq; ratione illorum gloſſemata maximè commendantur, quòd ἐπὶ τὸ πλεῖσον opponendo procedant. Hinc adeò etiam commendantur, Dynus, Cynus, Bartolus, Baldus, Salicetus, & complures alij. Inter quos optimo iure Azonem noſtrum, qui in hiſce ſuis Brocardicis perpetuò eſt in contrarijs, non immeritò collocare poſſumus. Etenim ſubtiliſſimis & breuiſsimis ſolutionib. præmiſſis le-

sis legibus inter se pugnantibus, grauis-
simas tollit antinomiarum controuersias.
Et propositas doctrinas, regulas, siue the-
ses, tam illustres, claras, certas & indubita-
tas reddit, quàm quod alij multis uerbo-
rum lenocinijs & inuolucris facere sunt
conati, tanta uerò dexteritate & fœlicita-
te nunquam sunt assequuti. Ex hisce Bro-
cardicis Accursium in glossas suas multa
transtulisse, sanè nõ esset ualde operosum
multis exemplis ostendere. Neq; etiam
dubium est, eundẽ in conscribendis glos-
sis in uniuersum corpus legũ, ipsas q; sin-
gulas leges, ex hoc præceptoris sui scri-
pto, maximum sensisse subsidium & adiu-
mentum. Quare autem Brocardica, Bar-
baro, et planè hominibus Latinis incogni
to titulo, hunc suum librum Azo inscri-
pserit, nõ liquere puto. Hoc quidem con-
stat, Barbaris quod Brocardum uel Bro-
cardicum dicitur, hoc Latinis, Zasioteste,
in l. 2. §. datum q; est, in uerbo, alias duas,
ff. de orig. iuris, perplexũ dici. Qui etiam
in Summa sua, in tit. quod cuiusq; uniuer-
sitatis, doctrinam Brocardicam, in ambas
partes perplexam: & alio in loco Brocar-

dicam rem, ualde perplexam uocat. In quibusdã exemplaribus, ijsq; antiquissimis, inscriptio siue titulus huius Operis, non Brocardica, sed Generalia iuris, legitur. Quod me mouit, non simpliciter Brocardica, in hac editione ponendum, sed addendum etiam esse, Generalia iuris, ut simul hac ratione duplicem titulum, qui in diuersis tamen exemplaribus reperitur, repræsentarem. Et meo quidem iudicio, hic titulus huic Operi, prę̃sertim si quis argumentũ spectet, non malè omnino conuenit. Addo etiã quòd, Generalia, uocabulum sit Latinũ. Constat aũt hæc editio nostra quinq; exemplariorũ fideli & diligẽti collatione. Quorũ duo, Ioãnes Sphyractes, Basilien. præceptor meus colẽdiss. tertium Vitus Polandus, & Sebastianus Meisnerus, Friderici Electoris et Comitis Palatini cõsilarij, penes quos omnis generis manu scriptorũ codicũ in iure magna est copia: quartũ uerò Simon Schardius, iudicij Imper. Assessor, Iurisconsul. clarissimus atque doctiss. mihi præter illud, quo me Ioannes Heruagius patruelis meus donauit, liberaliter communicarunt. Quibus quoq;

quoq; ob hãc in Remp. literariam libera-
litatem, maximas ago gratias. Verùm non
dubito, in hac noſtra editiõe multos mul-
ta adhuc deſideraturos, quorum forſitan
deſiderio abundè ſatisfacere potuiſſem:
niſi hoc noſtrum fuiſſet conſilium, Azo-
nis Brocardica, ſiue Generalia iuris, ob ue
nerãdam antiquitatem, quemadmodum
ea in manuſcriptis exemplaribus inueni-
mus, ad uiuum, quoad fieri poſſet, expri-
mere, item temerè nihil immutare, & non
plus quàm decet, in alieno ſcripto percu-
rioſus eſſe. Iis quibus non eſt ſatisfactum,
illis per me liberum erit, expungere, detra-
here, immutare, & quę uelint, ſuo arbitrio
addere. Satis mihi fuerit, hoc meum inſti-
tutum à multis, præcipuè tamen, à Germa
maniæ noſtræ præcipuis Iuriſconſultis,
Ludouico Grempio Argentinenſi, Ioan-
ne Fichardo Francofortenſi, & Baſilio A-
merbachio Baſilienſ. Rerumpublicarum
Aduocatis, comprobari. Quorum autho
ritate ſperem licet, me ab aliorum amaru-
lentia atq; acerbitate tutum fore: tamẽ in
Taurello & Eiſſellero meo, non parũ præ-
ſidij colloco. Qui, quod certò mihi polli-

ceor, pro Heruagio ſuo, in tam lõginquis regionibus ultrò ſunt ſuſcepturi patrocinium. Cùm autem, clariſs. atq; doctiſs. uiri, hoc Azonis ſcriptum, quod mea opera & ſtudio recens in lucem prodit, nec antea typis excuſum uiſum ſit, nullam aliam ob cauſam ſub ueſtris nominibus appare re uoluerim, quàm ut eſſet mei erga uos amoris teſtificatio perpetua, & ampliſsimũ teſtimonium noſtræ inter nos neceſsitudinis & amicitiæ: à uobis uehementer & obnixè peto, ut tanquam μνημόσυνον à me ſuſcipiatis. Bene ualete. Ex illuſtriſs. Principis Caroli, Marchionis Badenſis, arce Rœtelana, ipſis calend. Auguſt. Anno M. D. LXVII.

INDEX RVBRICA-
rum Azonis.

De initijs, uel contrà, eorumq; effectu. Rubr. I. pag. 1
De temporum consideratione. Rubr. II. 20
De ignorantia & scientia. Rub. III. 36
De errorum diuersitate. Rubr. IIII. 50
De doli consideratione. Rubr. V. 54
Qualiter culpa intelligatur, & in quibus casibus culpabilis quis censeatur, siue dolus arguatur. Rubr. VI. 68
De præscriptionibus. Rubr. VII. 76
Qualiter dominium acquiratur, uel mutetur, uel amittatur præscriptione: & de eorum interruptionibus: & quibus præscriptio non nocet: & in quibus rebus dominium præscriptione acquiratur. Rubr. VIII. 95
De usucapionibus. Rubr. IX. 100
De æqualitate factorum. Rubr. X. 103
De impoßibilibus. Rubr. XI. 130
De contractibus. Rubr. XII. 132
De pactionibus. Rubr. XIII. 138
De stipulationibus, seu obligationibus. Rubr. XIIII. 159
De actionibus. Rubr. XV. 166
Communia actionum, exceptionum. Rubr. XVI. 182
De uerborum effectu & significatione. Rubr. XVII. 188
De legum & iuris statutis. Rubr. XVIII. 214
De legum figmentis. Rubr. XIX. 224
De præsidibus & iudicibus. Rubr. XX. 230
De probationibus & accusationibus, atq; reis. Rubr. XXI. 248
De testibus. Rubr. XXII. 256
Communia probationum, scilicet testium, instrumentorum. Rubric. XXIII. 268
De testatoribus, & ultimis uoluntatibus. Rubr. XXIIII. 271
De hæreditatibus, & defuncti hæredibus. Rubr. XXV. 277
De sententijs. Rubr. XXVI. 286
De remißionibus & arbitris. Rubr. XXVII. 298

De sacramentis. Rubr. XXVIII. 302
De similibus & contrarijs. Rubr. XXIX. 312
De affirmatiuis & negatiuis. Rubr. XXX. 318
De rescriptis, seu priuilegijs. Rubr. XXXI. 322
De feudis, & beneficijs, & causis. Rubr. XXXII. 330
De ratihabitione. Rubr. XXXIII. 339
De dotibus, & matrimonio. Rubr. XXXIIII. 345
De parentibus & filijs, & seruis, atq; fratribus: eorumq; actionibus. Rubr. XXXV. 353
De creditoribus & pignoribus. Rubr. XXXVI. 362
De debitoribus & fideiussoribus. Rubr. XXXVII. 367
De cautionibus & satisdationibus. Rubr. XXXVIII. 373
De scripturis. Rubr. XXXIX. 378
De dominio & possessione, atq; traditione. Rubr. XL. 386
De alienatione, & uenditione, & æstimatione. Rubr. XLI. 391
De quæstionibus. Rubr. XLII. 400
De confessionibus. Rubr. XLIII. 402
De mendacio & falsitate. Rubr. XLIIII. 407
De commodo, & lucro, & compendio. Rubr. XLV. 411
De uetitis, seu permissis. Rubr. XLVI. 420
De quib. rebus uel personis ratio habeatur. Rubr. XLVII. 422
De esse, & non esse. Rub. XLVIII. 428
De toto & parte. Rubr. XLIX. 431
De summis & expensis. Rubr. L. 438
De generalibus dictis, & fortuitis casibus. Rubr. LI. 442
De donatis & cessionibus. Rub. LII. 451
De uitiatis, uel contrà. Rubr. LIII. 454
De præsumptionibus. Rubr. LIIII. 459
De tacitis, seu expressis. Rub. LV. 467
De præsentia & absentia. Rubr. LVI. 476
De scientia & consensu. Rubr. LVII. 478
De optimatis, & negociationibus. Rubr. LVIII. 485
De se, suisq; rebus. Rubr. LIX. 488
De conditionibus, & institutionibus, & legatis. Rubr. LX. 504
Communia agentium & conuenientium. Rubr. LXI. 508

De alienis actibus. Rubr. LXII. 512
De negligentia & desidia. Rubr. LXIII. 519
Communia fraudis, & doli, & culpæ. Rubr. LXIIII. 523
De asseueratione, & denunciatione, & consignatione, & prohibitione: & quib. teneatur quis, seu liberetur. Rubr. LXV. 529
De uoluntatibus, uariatione & electione. Rubr. LXVI. 535
De necessitate, & officijs. Rubr. LXVII. 546
De impeditis, & inuitis. Rubr. LXVIII. 551
De diuersis regulis. Rubr. LXIX. 554
De his quibus parcitur, & quorum conditio melior habetur. Rubric. LXX. 560
De pœnitentiarum uarietate. Rubr. LXXI. 565
Quid obtineat de consuetudine. Rubr. LXXII. 570
Quibus ex causis cogatur quis, uel non. Rubr. LXXIII. 575
De autoritate contestationis. Rubr. LXXIIII. 578
De communibus & proprijs. Rubr. LXXV. 580
De iustitia & iure, atq; æquitate. Rubr. LXXVI. 581
De negligentia & mora. Rubr. LXXVII. 585
De solennibus. Rubr. LXXVIII. 592
De diuinatione, & prouisione. Rubr. LXXIX. 595
De calumnia & interitu. Rubr. LXXX. 596
De incertitudine. Rubr. LXXXI. 599
De renũciatione: & quis potior habeatur. Rubr. LXXXII. 601
De emphyteuta, & bona fide poss. & eorũ iure. Rub. LXXXIII. 604
De obsidibus, & furiosis, atq; infantibus. Rub. LXXXIIII. 609
De pœnis, & maleficijs. Ex quibus causis pœnæ irrogantur. Rub. LXXXV. 610
De accusationibus & excusationibus. Rubr. LXXXVI. 627
De furtis, damnis, & malæ fidei possessoribus. Rubr. LXXXVII. 632
De necessitate, & paupertate. Rubr. LXXXVIII. 637
Communia delictorum & pœnarum, atq; damnorum, tam furti, quàm alio modo datorum, & uiolentiarũ. Rubr. LXXXIX. 639

De iudicijs, & quæ circa ea uertuntur: atq; iuris effectu. Rubr. XC. 645
Qualiter personæ adesse debeant, plus minus'ue intelligatur. Rubric. XCI. 653
De modica impensa, uel castigatione, & damno æquo animo ferendo. Rubr. XCII. 656
Communia rescriptorum, & beneficiorum: & de actis imperialibus, personalibus. Rubr. XCIII. 657
De uerborum positione, & effectu. Rubr. XCIIII. 663
De ueritate, & credulitate: & quid cui liceat, uel non. Rubr. XCV. 675
Communia pactorum atq; obligationum, & contractuum. Rubr. XCVI. 679
De coactis & dubijs, & pendentibus. Rubr. XCVII. 683
Communia factorum, tam liberorum, quàm etiam seruorum. Rubric. XCVIII. 688
De ratione connexitatis. Rubr. XCIX. 696
Rem petit, retinet, eligit, excusat, subuenit. Rubr. C. 697
De sumptibus præstandis. Rubr. CI. 698
De his quæ circa hæreditates uertuntur: & de sacramentis. Rubric. CII. 702
De argumentis in causis. Rubr. CIII. 706
De tacita præsumptione. Rubr. CIIII. 708

Rubricarum FINIS.

DAMASI REGVLARVM CANONICARUM INDEX.

IGnorantiam sæpe tam iuris, quàm facti excusare. Reg. I. 743
Neminem priuãdum esse iure suo, sine sua culpa. Reg. II. 745
Generalibus præiudicare specialia. Reg. III. ibid.
Tacitam conditionem esse subaudiendam. Reg. IIII. 746
Quòd posteriora non derogant prioribus, nisi in ijs fiat mentio de ipsis. Reg. V. 747
Quando quis tenetur ad duorum alterum sub alternatione, utrum uoluerit præstando, liberatur. Reg. VI. 748

Omnium

Omnium rerum rationem esse reddendam. Reg. VII. 749
Consensus omnium est requirendus, ad quos res pertinet. Regul. VIII. ibid.
Iustas preces ex necessitate esse audiendas. Reg. IX. 750
Quòd excommunicati post absolutionem omnia iura, quæ amiserant per excommunicationẽ, recuperant per absolutionem. Reg. X. 751
Quòd si quis promittat alicui, quòd eius stabit arbitrio, non tenetur illi iniquè præcipienti obedire. Reg. XI. 752
Vbi certa forma desideratur, ea prætermissa, nihil agitur. Reg. XII. 753
Maiori & saniori parti standum est. Reg. XIII. 754
Consuetudinem Romanæ ecclesiæ non esse seruandam. Regul. XIIII. 755
Quòd multitudo dispensationem inducit. Reg. XV. ibid.
Consuetudinem excusare à peccato. Reg. XVI. 756
Magistratui esse obtemperandum. Reg. XVII. 757
Licet ratione rescripti, quod aliàs non liceret. Reg. XVIII. 758
Constitutiones tantum extendi ad futura. Reg. XIX. 759
Fraus & dolus nemini debent patrocinari. Reg. XX. 760
Quòd puniendus est quis pro delicto alterius. Reg. XXI. 761
Solennitates iuris posse remitti de cõsensu partium. Reg. XXII. 762
Concesso principali, concedi & accessoriũ. Reg. XXIII. 763
Res inter alios acta, alijs non præiudicat. Reg. XXIIII. 764
Res inter alios acta, alijs non prodest. Reg. XXV. 765
Vbi aliquorum præsentia exigitur, in eorum absentia nihil agi potest. Reg. XXVI. 766
Quod est licitum in genere, non est licitũ in specie. Reg. XXVII. 767
Quòd licet transigere in spiritualibus. Reg. XXVIII. ibid.
Si præstem patrocinium petenti rem meam, facio mihi præiudicium. Reg. XXIX. 768
Vtilem simulationem permitti. Reg. XXX. 769
Ad consequentiam esse trahendum, quod aliquibus præcipitur,

aut indulgetur. Reg. XXXI. ibid.
Quòd delictum prælati non redundat in damnum Ecclesiæ. Reg XXXII. 770
Iudicem non posse recusari sine causa. Reg. XXXIII. 771
Procedendum esse absq; personarum acceptione. Reg. XXXIIII. 772
Frustra petit debitũ, qui quod debet, nõ impendit. Reg. XXXV. 773
Celeritatem esse amplexandam. Reg. XXXVI. 774
Ei subeundam esse talionem, qui inscribit. Reg. XXXVII. ibid.
Spoliatum ante litis ingressum, esse restituẽdum. Reg. XXXVIII. 775
Proniora sunt iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum. Reg. XXXIX. 776.777
Vnum duarũ personarũ uicẽ sustinere non posse. Reg. XL. 778
Qui occasionem dat damni, damnum dedisse uidetur. Reg. XLI. 779
De se cõfesso nõ creditur super crimine alterius. Reg. XLII. 780
Testimonium unius non ualere. Reg. XLIII. ibid.
Quemlibet de uniuersitate admitti in testimonium pro ea. Reg. XLIIII. 781
Testes non esse cogendos. Reg. XLV. 782
Exemplũ instrumenti non exemplatũ nõ ualere. Reg. XLVI. 783
Taciturnitatem habendam pro consensu. Reg. XLVII. ibid.
Quod de uno negatur, de altero non negato conceditur. Regul. XLVIII. 784.785
Præsumptionem iuris admittere probationem in contrariũ. Reg. XLIX. 785
Id solum computari in fructibus, quod deductis expensis superest. Reg. L. 786
Fidem non seruanti, fides seruanda non est. Reg. LI. 787
Quòd dignitas delinquentis peccatum auget. Reg. LII. 788
Nulla pestis efficacior, quàm familiaris inimicus. Reg. LIII. 789
Vacantem Ecclesiam conueniri non posse. Reg. LIIII. ibid.
Secundum canones actionem nõ esse exprimendã. Reg. LV. 790

Quòd inducię sunt arbitrariæ. Reg. LVI. 791
Vindicari delicta etiam admonitione non præcedente. Regul. LVII. 792
Currere tempus à tempore scientiæ & potētiæ. Reg. LVIII. ibid.
Determinatio præmissa in sequenti clausula non repetitur. Reg. LIX. 793
Authoritatem principis uel regis excusare. Reg. LX. 794
Quòd admittitur quis testis in causa, in qua fuit iudex. Reg. LXI. 795
Vim ui repellere licet. Reg. LXII. ibid.
Non tenere appellationem in his, quæ dilationem non capiunt. Reg. LXIII. 796
Quòd gradatim sit appellandum. Reg. LXIIII. 797
Actor sequitur forum rei. Reg. LXV. 798
Proponentem contraria audiendum non esse. Reg. LXVI. ibid.
Per se, non per alium, debere quemq; Ecclesiæ suæ deseruire. Reg. LXVII. 799
Verba cum effectu esse accipienda. Reg. LXVIII. 800
Illud solum fieri, quod iure fit. Reg. LXIX. 801
Pactum de successione futura est illicitum. Reg. LXX. 802
A maiori argumentum duci. Reg. LXXI. ibid. 803
Ab exemplis & scripturis infidelium, argumenta sumi. Reg. LXXII. 803
Quòd successor potest reuocare factum prædecessoris. Regul. LXXIII. 804
Quod ab initio non ualuit, ex pòst facto conualescit. Regul. LXXIIII. 805
Ad quem spectat onus, & emolumentum. Reg. LXXV. 806
Officium suum nemini debet esse damnosum. Reg. LXXVI. 807
Leges nō esse allegādas in foro Ecclesiastico. Reg. LXXVII. ibid.
Quod non ualet ut ago, ualet ut ualere potest. Reg. LXXVIII. 808
Quòd quis possit iudicari post mortem. Reg. LXXIX. ibid. 809
Non licet nobis definire quod definitum est. Reg. LXXX. ibid.
Famam esse seruandam. Reg. LXXXI. 810

Ab exemplis esse argumentandum, & in uita procedendum. Reg. LXXXII. 811
Quod quisque iuris in alterum statuit, eodem uti debet. Regul. LXXXIII. 812
Simulationem non esse admittendam. Reg. LXXXIIII. 813
Non dicitur factum, quod non durat factum. Reg. LXXXV. *ibid.*
Rem cœptam haberi pro impleta, & sufficere si cœpta sit. Reg. LXXXVI. 814
Pœnas mutari, mitigari ac tolli posse. Reg. LXXXVII. 815
Semel Deo dicatum, non esse ulterius ad humanos usus transferendum. Reg. LXXXVIII. 816
Non generare impedimentum, quod non sortitur effectum. Reg. LXXXIX. 817
Lite contestata nihil innouari posse. Reg. XC. 818
Locum esse pœnitentiæ in actibus hominum. Reg. XCI. 819
In paritate locum esse gratificationi. Reg. XCII. 820
Quòd res transit cum onere suo. Reg. XCIII. 821
Initium esse spectandum. Reg. XCIIII. 822
Non præsumi seruitium debitum, licet longo tempore sit præstitum. Reg. XCV. 823
Census non esse augendos. Reg. XCVI. 824
Non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Reg. XCVII. 825
Vnumquemq; cuiuslibet criminis causa posse ab Ecclesia ad satisfactionem compelli. Reg. XCVIII. 826
Multa tolerari facta, quamuis prohibita essent ne fierent. Reg. XCIX. 827
Ad communem & usitatam uerborum significationem esse recurrendum, nec ab ea sine iusta causa recedendum. Reg. C. 828
Libera esse matrimonia. Reg. CI. 829
Intelligitur concessum, quod non est prohibitum. Reg. CII. 830
Ad ea quæ frequenter accidunt, iura aptari. Reg. CIII. 831
Cessante causa, cessat effectus. Reg. CIIII. 832
Contractus ex una parte claudicare posse, & nihilominus subsistere. Reg. CV. 833
Quòd ratihabitio retrotrahitur, & confirmat ab initio inualidum.

dum. Reg. CVI. 834
Solennitates non nocere, si omittantur. Reg. CVII. 835
Quòd contractus aduersus interdictum Ecclesiæ initus non obtinet uigorem. Reg. CVIII. 836
Conditionẽ appositam pro non apposita haberi. Reg. CIX. 837
Excommunicatũ habere personã standi in iudicio. Reg. CX. 839
Allegantem turpitudinem suã, non esse audiẽdum. Reg. CXI. *ibid.*
Verbum generale generaliter intelligendum. Reg. CXII. 841
Quod cõtra leges fit, per leges dissolui meretur. Reg. CXIII. 842
Sententiam excommunicationis posse ferri sub conditione. Reg. CXIIII. 843
Quòd opinio non præiudicat ueritati. Reg. CXV. 844
Denunciationem impunè non contemni. Reg. CXVI. 845
Quòd Imperator non habet iurisdictionem à Papa. Reg. CXVII. 846
Nullam spiritualem seu Ecclesiasticam personam habere in terris aliquam potestatem & administrationem secularem. Regul. CXVIII. 847
Paria delicta mutua pensatione dissoluuntur. Reg. CXIX. 848
Nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habet. Reg. CXX. 849
Facientes & consentientes pari pœna plectũtur. Reg. CXXI. 850
Diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget. Regul. CXXII. 851
Mitius agitur cum sponte confesso, quàm cum in iure conuicto. Reg. CXXIII. 852
Rei quantitas iuris diuersitatem inducit. Reg. CXXIIII. *ibid.*
Cum conceditur alicui quod maius est, prohibetur ei quod minus est. Reg. CXXV. 853
Quemlibet puniri, in quo deliquit. Reg. CXXVI. 854
Priuilegium tolli per abusum, uel per actum contrarium. Reg. CXXVII. 855
Quemq; posse renunciare iuri suo. Reg. CXXVIII. *ibid.*
Ecclesiam non debere exigere pœnam pecuniariã. Reg. CXXIX. 856

Victum uictori in expensis esse condemnandũ. Reg. CXXX. 857.
Ignorantiam allegans, eam probare debet. Reg. CXXXI. 858
Naturæ ac rationis ordinem, & legem generalem Dei, nulla constitutione humana coarctari aut dissolui posse. Reg. CXXXII. 859
In diuersis & contrarijs constitutionibus non posteriores, sed ueteres, Apostolicæ simplicitati et ueritati propiores prævalent. Reg. CXXXIII. 861
A' meliore & potiore parte fieri denominationem. Regul. CXXXIIII. 862
Produci & examinari testes ante litis contestationem non posse. Reg. CXXXV. 863,864

REGVLARVM DAmasi Finis.

INCIPIVNT GENERALIA, QVAE VVLGO *BROcardica dicuntur, à D. Azone compositа, & eorum discordantium concordantia.

*aliàs Brocarda.

RVBRICA I.

DE *initijs, uel contrà, eorum'que effectu.

*al. Iudicijs

Omnia principijs, inquit, inesse solent.

De origine negocij probanda.

C.commodati. l.cum eum qui.
C.ad Macedon.l.3.
C.de pignor.act. l.nec creditores.
* In Decret.d.c.contra morem.

*In decret. 76.ieiunij quarti.

Originem negocij non esse probandam.

C.de præscript.30.uel 40.annorum.l.malè.in princip.
In Dec.distinct.56.undecunq;.

De origine probanda, item non probanda, non est lex ista contraria: quia plerique libri habent initiũ requiri. uel si habes non requiri, non est & tunc contraria: quia quod dicitur originẽ probandam, *necessariũ est ab actore, cuius est onus probare quod affirmat, non à reo, cuius per rerum naturam nulla est probatio. ut C.de probatio.l.actor. & C.de petit. hæred.l.cogi. Imò reus quoq; uincit hoc ipso quòd actor non probat. ut C.de edendo.l.qui accusare. & patet dictam legem loqui de reo, quia de possessore

*uerum

loquitur.uel melius: Origo quidē negocij proba n/dā est: non autem loquitur de origine negocij, seu contractus, sed de origine, id est, principio posses/sionis.

al. Solum ini tium.

*Bonum initium esse spectandum.

In Instit. de usucap. §. diutina.
C. de usucap. transfor. l. unica. §. cum autem.
*Iulianus libro 7. ff. scribit, Si in aliena.
ff. de rei uendic. Idem Pomponius.* Sed & in alia.
ff. de public. l. eum. §. in hac actione.
ff. de furt. l. qui uas. §. si ego.
ff. de donat. inter uir. & ux. l. si donante.
In Decret. c. 1. q. 1. principatus.
ff. de petit. hæred. l. sed & si. §. de eo.
In Decret. c. 21. q. 1. c. relatio.
*ff. * l. de pœnis nihil interest. in princ. uer. per contrarium.

Initium esse spectandum.

In Instit. quibus non est permiss. fac. testam. §. ult.
In Authent. cum de appell. eod. §. 1.
In Decret. distinct. 47. c. quoniam.
In Decret. c. 1. q. 1. principatus.
C. ad Maced. l. 3.
C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. in fine.
ff. de neg. gest. l. Pomponius. §. in negocijs gestis. & l. sed an ultrò. §. 1.
ff. de min. l. deniq;. §. Seio. & l. uix.
ff. ad S. C. Macedon. l. si autem Seiæ.
ff. mandati. l. si procurator. in princip.
ff. pro socio. l. si id quod. §. si filiusfamil.
ff. depos. l. 1. §. si seruus depo.
ff. de acquir. possess. l. clàm.
ff. de usucap. l. si aliena res. in princ.
ff. de origine iur. l. facturus.
ff. de iurisdict. omn. iudic. l. penult.
ff. qui satisdare cogan. l. penult. §. ult.

ff. de

ff. de iud. l. ubi acceptum. §. si quis postea.
ff. si quis caut. l. quid act. §. illud.
ff. de rei uend. l. Iul. scribit.
ff. de seruit. rust. præd. l. sed quæ læta.
ff. commodati. l. 1. §. in pupillo. & §. impubes. circa prin.
ff. de his qui not. infam. l. seruus quid ego.
ff. de negoc. gest. l. sed an ultrò. §. his. in fin.
ff. de nox. act. l. id licet. §. si ex.
ff. quod iussi l. si tutor. §. ult.
ff. depositi. l. 1. §. Idem Pomponius quærit, si tibi. §. si te rogauero.
ff. de contrah. empt. l. Rutilia Polla.
C. de probat. l. uix.
C. de testam. l. 1. hic in maleficijs, uel quasi.
ff. de seruis expor. l. si minor.
ff. de usuris. l. cum quidam. §. fiscus.
ff. de ritu nupt. l. si quis offen. §. ueterem.
ff. de suspect. tut. l. tutor. §. nunc.
ff. de excus. tut. l. tutor. penu.
C. de pact. inter empt. & uend. l. in initio.
ff. de publica. l. Cæsar.
ff. de dona. l. quid. §. id quod.
ff. de const. pec. l. id quod infimi.
ff. de acquir. rer. domin. l. ergo.
ff. de legat. 1. l. si mihi.
ff. pro hærede. l. 2. §. si seruus.
ff. de pœn. l. 1.
ff. de aqua pluuia arcen. l. quanquam autem.
ff. de itin. act. priuat. l. 1. §. ult.
ff. de uerb. oblig. l. Titia. §. item. Rubr. si filius fam.
ff. de duobus re. stip. l. eandem.
ff. de stipul. seru. l. ult.
ff. de reg. iur. l. quod in initio. non omne.
ff. de furt. l. qui seru. & l. si quis in.
ff. de adult. l. si uxor. §. ult.

Medium tenendum.

Maior enim medijs gratia rebus ineſt.

In Inſtit. de rer. diuiſ. §. cum ex aliena.
ff. de offic. procon. l. ſolent. §. non uo.
ff. de petit. hæred. l. ſed & ſi leg. §. adeò.
In Inſtit. quibus ex cauſ. man. non poteſt. §. ult.
ff. ſi pars hæred. pet. l. antiqui.
In Authent. de nupt. §. quoniam infirmis.
Inſt. de ſimilibus, & contrà, Rub. ex contrario.

Finis ſpectandus.

In Authent. de nupt. §. quia uerò hactenus.
C. de natur. lib. l. nuper. circa finem.
ff. de minor. l. deniq;. §. 1.
ff. de conſt. pec. l. item illa. §. quod adijcitur.
ff. de peculio. l. licet. §. idem ſcribit.
Inſt. de æqualitate falſorum. Rub. ult.
ff. de alim. leg. l. Mela. §. 1. in fin.
ff. de iure fiſci. l. non intelligitur. §. ſi quis.
C. de teſta. ma. l. 1.
ff. quod quiſq; iur. l. 1. §. hoc.
ff. qui ſatiſda. cogan. l. Iuli.
ff. de inoffic. teſt. l. Pomp. §. meminiſſe. §. ſi conditioni.
ff. de petit. hæred. l. item uidendum.
ff. de furt. l. pro parte.
ff. de re. uen. l. ſin autem. §. poſſidere.
ff. de nox. act. l. ſed ſi poſtea.
ff. de peculio. l. quæſitum. §. his.
ff. ad Maced. l. ſi filius. §. ult. & l. quia quod. & l. contra.
ff. de ritu nupt. l. eos qui in patria.
ff. de don. int. uir. & ux. l. ſin autem. §. ſi inter extraneos.
ff. de iur. codicill. l. eum qui.
ff. de leg. 3. l. ſi deportati.
ff. de cond. & demonſt. l filiæ. §. Titia.
ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi quis autem conduxit poſt.

ff. de

ff. de usucap. l. iusto. §. & si.
ff. pro soluto. l. si ancillam.
ff. quorum legatorum. l. ult. in fin.
ff. de except. rei iudicatæ. l. si à te. l. si rem.
ff. de fideiuss. tut. l. si debitori. §. si filius.

Initium spectandum.

Hoc generale licet multas uideatur recipere contrarietates, tamen si singula indiuidua referãtur ad suum genus, potius diuersitates dicentur: uel, ut uerius dicam, nil ad rem facientia uidebuntur, quę ut contraria ponuntur. Est enim initium spectandum, quotiẽs tractatur de aliquo cõtractu, uel quasi, siue ualeat siue non, agatur ex eo, uel non, perueniat aliquid ex eo, uel nõ perueniat. Exẽpla de primo. ut ff. cõmodat. l. 1. §. ult. & l. 2. ff. de rit. nupt. l. si quis. & ff. de duob. re. stip. l. eandẽ. §. sed si quis in depositiõe. Exẽpla de secũdo. ut ff. deposit. l. 1. §. si apud. §. idẽ Pomp. & ff. p socio. si id quod. §. ult. & de neg. gest. l. sed an. §. 1. ff. mandati. l. si procuratorẽ. Exempla de tertio. ut ff. de contrah. empt. l. Rutilia. & ff. de seru. rust. præd. l. sed quæ loca. & de acq. rer. dom. l. ergo si. Item locũ habet regula seu generale in maleficio, & quasi maleficio: siue contrahatur ex eo obligatio pœnæ, uel nõ, & quanta. ut ff. de nox. act. l. in delictis. §. si extraneus. & de furt. l. serui. & l. qui ea. & de pœnis. l. 1. Iterũ locũ habet in decretis & cõstitutionibus, & omnino in quolibet negocio ex quo actio nasci potest. ut ff. de excus. tut. l. tutor petitus. & ff. de pub. & uect. l. Cæsar. & hoc totũ generale, cũ prædicta expositione, innuit regula iuris. ut ff. de reg. iur. quod ab initio. & de act. & oblig. l. obligationes. & de usuris, qui scit. §. ult. & de usuc. sequitur. §. de illo. non obstat his quæ dicta sunt, fabulosa allegatio, Mediũ tenendum. nec enim loquitur de aliquo contractu uel quasi, male-

ficio uel quasi, cuius mediũ debeat spectari. Sed cũ duæ proferuntur sentẽtiæ, uel plures dissentiũt opiniones uel dicta, eligitur media sentẽtia: facta distinctione, utrũ ab una parte, plura & potiora inducantur iura: & tunc pro ea parte sententia fertur. ut ff. de neg. gest. l. Nesennius. nam ibi & quia quis nõ præsumitur donare, & quia mulierũ genus est auaricissimum, & quia certat de damno uitãdo. ut ff. de don. inter uir. & ux. l. si stipulata. & de prob. l. cum de inde bito. & de iur. & facti ignor. l. error. fertur pro hac Auia sentẽtia reprobata media uia. Si uerò paria sunt hinc inde iura, siquidem res cõmodè possunt diuidi, obtinet hęc regula ut in omnib. cõtrarijs. super l. illa, Nesennius signatur. alioqui cõtrà. ut ff. de fund. instruct. l. quæsitũ. §. si quis. quod pertinere ad prædictam regulam, plus ęꝫ ridiculum est dicere. Item nõ obstat quod allegatur, finẽ spectandum. tunc enim id obseruatur, cum quæritur an dederit uel nõ dederit, seu quando dedisse uideatur: uel quando posse derit, uel restituere siue capere potuerit uel debuerit. ut in Auth. de nupt. §. quia uerò hactenus. & ff. de alim. & ciba. leg. l. Mela. §. 1. & de iure fisci. l. nõ intelligitur. §. si quis. de pet. hæred. Itẽ uidendum. §. si quis. de rei uend. l. sin autẽ. §. posidere. de nox. act. l. sed si postea. & ad exhibendum. l. tigni. §. ult. & de pecul. l. quæsitũ. de cond. & demon. l. filiæ. §. ult. & quorũ legatorũ. l. ult. §. ult. & de except. rei iud. l. si à te. * Cum autẽ quæritur de principio alicuius contractus uel quasi, maleficio uel quasi, nec obstat quod legitur ff. qui satisda. cog. Iulianus & de ritu nupt. l. eos. quia & ibi spectatur initiũ: quia ratihabitio retrotrahit. ut ff. de pig. l. si fundũ. §. 1. ff. de iudic. l. licet. uer. pro. & C. ad Maced. l. ult. Nec obstat quod legitur ff. de uerb. oblig. quod in diẽ. & l. idem. quia propter dilationẽ diei, ex uolũtate contrahentiũ uel paciscentiũ

* Non

datam,

datã,non attenditur utilitas tẽporis cõtractus.alioquin cõtrà.ut ff.de act.empt.l.ratio.§.ult.Itẽ non obstat quod legitur ff.de uerb.oblig. l.quidã cũ.in fi.& de fideiussor.l.si debitori.§.si filius.quia & ibi spectatur initiũ cõtractus,scilicet mutui. est aũt eius initiũ numeratio. tunc uerò dicitur mutuũ, quia de meo fit tuũ.ut ff.ad Maced.l.si filius.§.ult.& l.omne.& forte ideo,quia stipulatio olim facta reducitur ad præsens tẽpus numerationis.ut & alibi.ff.de off.procõs. l.obseruare.§.ult.Speciale est quod legitur C.de nat. lib.l.nuper.ut in fine legis eiusdẽ continetur. Itẽ nõ obstat quod legitur ff.de ,pcur.l.si quis.§.Iulianus. quia ibi nõ de principio alicuius contractus quæritur,sed cũ duo interueniant, quæritur cui potius debeat stari.& dicit ultimo standũ,quia uterq; sui causa erat interpositurus:alioquin primo staretur.ut C. qui pot.in pig.l.si fundũ.Sed in ultimis uoluntatib. semper ultimę stat̃,nisi in casu.ut ff.de leg.3.l.si quis. in prin.& ff.fam.ercis.l.ex parte.§.ult.& de alimẽ.leg. l.3.in fi.& l.seq.Eodẽ modo respondeo ad l.illam de peculio.licet §.idẽ.& quia ibi duæ sunt obligatiões, una ex delicto,altera ex sententia:quod ideo sic statuit̃,ne maleficiũ impunitũ remaneat:q̃ puniri,publicè expedit. ut ff.ad l.Aquil.l.ita uulneratus. qm̃ primus cõtractus,ut restringatur odiũ, & producat̃ fauor.ut C.ad Maced.l.3.ff.de donat.l.qui id quod est faciendũ.ut ff.de lib.& posth.l.cũ quidã.§.ult. Itẽ nõ obstat quod legitur de minor.l.3.§.1. quia ibi nõ petebatur restitutio:nec peti poterat, quia ea nõ est deceptus,aduersus id quod erat factũ in minori ętate,id est,cõtractu litis cõtest.sed aduersus id quod erat eo maiore factũ,id est,aduersus sententiã. Cur ergo daret̃ propter id in quo nõ est deceptus? Vel dic id esse propter autoritatẽ rei iudicatæ. arg.ff.mand. l.si fideiussor.§.in omnib. Itẽ non obstat lex malè in

ducta.ff.de don.inter uir.&ux.l.si inter extraneos.q̃ enim dicit uitiũ,quod fuerit expone: id est, si quod uitiũ,uel quale quale dicat obstare usucapioni propter matrimoniũ,q̃ tamẽ nõ obstat:ut in l.prox.dicitur.Nec obstat quod legitur ff.de leg.3. l.si deportati.quia & ibi specto principiũ, id est, id tẽpus quo incipit dies legati cedere,hoc est mortis. antè eñ nõ uidetur delatũ.ut ff.ad l.Aquil.l.inde Neratius.§.2.

Exitus acta probat.

C.de iudic.l.rem non nouam.in fin.
ff.ad l.Rhod.de iact.l.ult.

Vel dicas,q̃ si id quod sequitur tale est, quod per se non inspexit principiũ,ualeret,&ex eo nasceret actio.quare ad initiũ nõ recurrere debebimus. q̃ si tale esset q̃ per se nõ ualeret,est recurrẽdũ,nec ualebit.

Quod cœptum est,prodest,licet completum non fuerit.

Dimidium facti qui cœpit,habet:incipere aude.

C.de procur.l.inuitus.
ff.si quis cautionibus.l.si seruus.§.1.
ff.de aur.& arg.leg.l.& si non.§.argento.
ff.ad Trebell.l.quòd filium.§.dabis.
ff.de mun.& hon.l.ad rem.p.

Quod cœptum est,non prodest,si completum non fuerit.

Nil credes actum,dum quid supereſt ad agendũ.

In Inst.quib.mod.test.infirm.§.ex eo.
Instit.de uerb.oblig.§.id autem qui nondum.
Inst.de pœnis.l.qui malè cœpit.
I.Communia.de rescriptis.R.meum.
C.de fid.instrum.l.contractus.
C.qui testam.fac.poss.l.furiosum.in fin.
C.de his quibus ut indignis.l.pen.

ff.de

ff. de edendo. l. 1. §. edere.
In Decretal. d. 18. si quis autem.
In Decret. de pœniten. d. 3. incassum.
In Decret. 7. q. 1. nihil.
ff. de pig. actio. l. si necessarias. §. si minus.
ff. si quis in ius voc. non ierit. l. ult.
C. de test. l. cum antiquitas.
ff. de iur. immunit. l. maiores.

Quod cœptum est, prodest, licet completum non fuerit: & contrà.

In his Brocardicis soluendis illud est diligenter considerandum, utrum primum sit pro regula tenendum, an eius contrarium. hîc enim licet primũ uelut generale uideatur assignari, tamen eius contrarium pro regula tenendum est. Distinguendum est tamen, utrum dandum sit uel faciendum, causa implendæ conditionis: an ipsa datio uel factum sit in obligatione. Et in primo casu distinguitur, ut dixit. ff. si quis caut. l. si seruus. §. si plurium. hîc distinguendum est secundum Ioan. And. ab uno quid sit dandum uel faciendum: puta, promisi tibi, uel legaui, si quid dares uel faceres. an à pluribus, si ab uno agere non potest, ad aliquid, nisi totum quod iniunctum est, faciat. excipere tamẽ potest, ut ff. si quis caution. l. si seruus. §. si plurium. ff. de cõdit. & demonst. l. qui duob. Si autem à pluribus, distingue. si pecuniam dare debet quisq; ad partem tenetur, & parte sua soluta agit: ut ff. de cõdit. furtiua. l. in & de cond. & demon. l. cum fundum. Si uerò speciem pro parte tenetur tantum, sed non liberatur, nec agit parte soluta: ut ff. de uerb. oblig. l. 2. §. quædam. & l. in excusatione. §. pro parte. Si uerò sit faciẽdum aliquid à plurib. necesse est uel ab una uel à plurib. aut ab omnibus adimpleri. ut ff. de testa. manu. l. si ita fuit §. uno.

In secundo, siquidem factum sit in obligatione, non contingit liberatio, licet in aliquo cœperis facere, ni si cõsumaueris. ut ff. de uerb. oblig. stipulationes nõ diuidunt. & l. in executiõe. Si uero datio, distinguit: debeatur in specie, uel in genere. Si. n. hominẽ certũ debeã. & dic ut notaui ff. de uerb. obli. l. 2. §. quędã.

ADIECTIO.

Si hominem certum debeam, liberor soluendo: si decedam, unusquisq; hæredum pro parte tenetur, & pro parte soluendo liberatur. ut ff. de solut. l. si stipulatus. §. 1. Si in genere, tenetur quidẽ quisq; pro parte tantum. & si non soluendo partem quam tantum modo debet, non liberatur. quod est mirabile. sed hoc ideo, quia non soluerunt ut debuerunt. quid ergo dices, liberatur? respondeo non, sed impendenti est donec alij soluent. ut ff. de condic. indeb. l. sinere. §. ult. si soluant in eodem, intelligentur fuisse liberati: si uerò non soluant, quanti in litem iurauerunt, condemnabuntur: ille tamen qui impedit, tenetur in cunctis. ut ff. fam. hercis. l. hæredes. §. si incerto. & l. cohærede. §. q̃ ex facto. hæc in principali obligatione, secus in accessoria, quæ est res scilicet hypothecaria. ut C. de distrah. pig. l. quandiu. Si autem quæras, an cœptum tempus habeatur pro impleto: siquidẽ tempus sit statutum ut in eius euentũ amittatur beneficium, ut est in resti. in integrũ, fit computatio de momento in momentum. & est ratio, quia fauor debet ꝓduci. q̃ dic ut notaui ff. de minor. l. 3. §. minori.

ADIECTIO.

Restitutio in integrum fauore minoris ætatis est inducta. ut ff. de minor. uig. quinq; an. l. & alia. ut C. de act. emp. & uend. fauor autem est prorogandus. quod fit si de momento ad momentum fiat computatio & prorogatio min. ætatis, ad testament. factio: nec fauore testantis neque commodo eius, sed potius

Potius legatariorum inductum est. & ideo ibi non prorogatur tempus per computationē de momento ad momētum.* respondebatur per l.C. de temp. in integrum restit. superuacua ergo breuibus. aut tractatur de odio, aut fauore. Si de odio, à momento fit computatio. Si de fauore, aut in eius complementum incipit beneficium, aut desinit. si incipit, de momento ad momentum, nisi aliter specialiter dicatur, uel sit introductum contra communem utilitatem. ut ff. de iur. immun. l. maioris. si desinit, de momento in momentum fit computatio. Similiter in usucapione respondetur, quæ possidentium fauore, id est titulo & bona fide, re non uitiosa inducitur, & ideo non computamus de momento in momentum. at in præscriptionibus contrà, quia tantum odio non petentium sunt inductæ, quæ debent restringi, per computationem talem: quia aliter non potest. ut ff. de lib. & posthum. l. cum quidā. & ff. de usucap. l. 3. in usucapio. & ff. de act. & oblig. l. in omnibus. quòd autem legitur ad Trebell. fauore liberorum, quibus quasi debita paterna successio defertur. sicut infrà ex eadem lege perpenditur, ut respondetur C. de codicillis. l. ult. Item quòd legitur ff. de manu. l. 1. in fauore libertatis statuitur. Si uerò sit tempus statutum ut in eius complementum incipiat beneficium, non nisi eo completo incipiat beneficium. ut ff. de iur. immun. l. maiores. nisi in casu propter publicam utilitatem. ut ff. de muner. & honor. l. ad rem. sic & in pacto. ut Instit. de inut. stipul. §. qui hoc anno. sed aliud in legatis fauore ultimę uoluntatis & libertatis, ut C. quando dies lega. ced. l. 1. & ff. de aur. & arg. leg. l. & fine. §. qui ergo.

* Reprobatur

Licet initiari quod non licet consummari, & econtrariò.

ff. de fer. & dila. l. 1. §. ult.

Quod

Quod ab initio ualet, ex pòst facto non intercidit: licet in eum casum præuenit, à quo incipere non potest.

ff. de sena. l. filium.
l. quòd ut factum est. super.
I. de hæred. Rubric. spurius.
I. aut. ut fiant noua. coll. 5. §. ult.
Inst. de leg. §. quòd si uino.
ff. de rei uend. l. 3.
ff. de sponsa. l. furor fortius.
C. de administ. tut. l. sancimus.
ff. de dona. l. donationes in concub. in prin.
ff. de itin. actuq; pri. l. 1. §. ult. & l. 2.
ff. uerb. oblig. l. ex stipulatu. l. pluribus. §. etsi.
ff. de reg. iuris in ambiguis. §. 1.
Instit. quibus non est permiss. fac. test. §. item prodig. & §. ult.
C. ad Maced. l. 3.
ff. qui satisd. cog. l. sciendum. §. ult.
C. de nupt. l. ult.
ff. de excusat. tut. l. 2. §. oportet.
C. de don. int. uir. & ux. l. res uxoris.
C. de instit. & subst. l. si quis. l. 1. & 3.
C. de fideicom. l. sancimus. §. cum fa.
C. de bon. proscripto. l. si quis post.
ff. de stat. hom. l. qui furere.
ff. depositi. l. 1. §. si rem.
ff. de edendo. l. ubi. §. is autem.
ff. depositi. l. 1. §. inde Neratius ait quamuis.
ff. de ritu nupt. l. oratione. §. ult. si liberti. si liberta quæstuum.
ff. de fund. dotali. l. si fundus.
ff. de donat. int. uir. & ux. l. si sponsus. in prin.
ff. pro empto. l. 2. § sufficit.

ff. de u

ff. de usuc. l. hæres eius.
ff. pro suo. l. si ancillam.
ff. ad l. Iul. de adul. l. mater. §. mulier.
ff. de aqua quotid. & æst. l. 1. §. idem ait.

Quod ab initio non ualet, ex pòst facto intercidit, quia in eum casum peruenit, à quo incipere non potest.

Inst. de nox. act. §. si seruus.
ff. de seruit. l. pro parte.
ff. ad l. Aquil. l. huic. §. ult. quia fortius.
ff rerum amot. l. & ideo.
C. de don. int. uir. & ux. l. si ut proponis.
C. de testa. l. 1.
ff. solut. mat. l. etiam. §. ult.
ff. de usucap. l. Titio cum.
ff. rer. amot. l. ultra.
ff. de cond. furt. l. si seruus.
ff. de iudicijs. l. si à me. §. Iulianus ait.
ff. si serui. uend. l. & si forte. in prin.
ff. de nox. act. l. contractus.
ff. de pig. act. l. si res aliena.
ff. solut. matr. l. si mulier.
ff. de excus. tut. l. post susceptam.
ff. de his quæ. l. 3.
ff. de donat. causa mort. l. si aliquis.
ff. de usucap. l. si is qui. §. si quis bona.
ff. pro suo. l. si ancillam. in fin.
ff. de uerb. oblig. l. si sub una.
ff. de furt. l. quod dicitur falsus creditor. §. ult.

Quod ab initio ualet, ex pòst facto non intercidit, licet, &c. & econtrà.

Super his diligenter est attendendum quòd contractus quandoq; dicuntur perfecti: scilicet quãdo

statur

statur in finib.pactionis, nec est ultrà processum:ut uenditio solo consensu, uerb. obligatio. stipulat. ut Instit.de cõtrah.empt.circa prin.ff.quòd metus causa.l.metum.§.sed quòd prętor.

ADIECTIO.

Distingue in stipulationibus inter conditionalẽ & puram,ut conditionalis non uitietur, & si in eum casum peruenerit,pura non uitietur. Vel distingue, an uoluntate propria uel facto in eum casum deuenit,quo casu uitiatur,an nõ quo casu durat.& sic distinguo argumẽto duarũ legum.Instit. de leg.§. si in uno. & ff.de furt.l.falsus.§.ultimo.ff.de cõdit.fur.uerò,sed reprobatur.ff.de furtis inter omnes.

Quandoq; dicuntur impleri,h.e.quãdo cõtracta obligatione adimpletũ est,quod erat in obligatiõe, sicut uẽditio impletur per traditionẽ rei.ut ff. de act. empt.l.si quis .Sponsalia per ductionẽ in domũ implentur.ut ff.de priuileg.cred.l.2.Vnde & dicitur matrimonium consummatũ : & ita cuilibet ex ingenio suo infinita licet ponere exẽpla. His ita pręcognitis sumenda est regula huius generalis : ut q; ualuit à principio &accepit cõsummationẽ sui, nõ irritatur, licet proueniat in eum casum à quo incipere nõ potest.ut ff.de ritu nupt.l.si qua.in prin.& de reg. iur.in ambiguis.§.1.& ita loquuntur ferè omnes leges huius generalis, si bene notantur, nec obstat quòd legitur ff.de pig.act.l.si rem alienam.

ADIECTIO.

Hic aũt in totum credo aliter distinguendũ:quia siue perfecta,siue impleta,distinguo an contigerit ille casus per hominẽ,an per casum. si per hominẽ intercidit,siue per seipsum: & tunc sibi imputet. si per alium:& tunc aduersus eum ad interesse agat, si per casum non intercidit.

CAVSA.

CAVSA.

Quia ibi accepit contractus consummationem, cū principalis obligatio in suo statu remaneat: uel ibi nō ualuit directo à principio pignoris obligatio.

ADIECTIO.

Vel uitiatur quantū ad directā hypothecariā, tenet tantū quantū ad utilem. arg. ff. ad Trebell. l. debitor. & de exceptione rei iud. l. Titius largus.

CAVSA.

Sciendū tamen est, quędam sumere cōsummationem ex sola unius uolūtate: ut in cōstitutione legū, & in ultimis uolūtatib. & decretis: in quibus eādem seruo regulam, ut in aut. ut nouia. constit. §. ult.

ADIECTIO.

Distingue an spectet ad utilitatem publicam. ut ff. de iud. l. si quis uile. an ad priuatā. ut ff. de excus. tut. l. tutor petitus. & in Instit. de leg. §. ex contrario. quo casu differt an ad petitiōem sit indultū, uel ex mera liberalitate concessum: ut quod quisq; iuris in aliū stat. ut ff. de iud. l. si quis post. ff. si quis cau. l. quod aut. ff. de arb. l. non distinguemus. §. item si.

CAVSA.

Et de excus. tut. l. tutor. pen. & Inst. de leg. §. ex contrario. Si autem aliquid ualuit à principio, non autē accepit consummat. siquidē in eū casum perueniat, à quo incipere nō possit, id est impossibile initiatur. Inst. de inutil. stip. §. 1. & ff. ad l. Aquil. l. quicquid de iud. si à me. & l. Iulia. & de seruitut. l. pro parte. nisi interueniat eius fauor qui petat nō uitiari, uel alterius mora, seu consimilis causa. ut ff. de usuc. l. hęres eius. & de usucap. pro empt. l. 2. §. si defunctus & ff. si quis caut. l. qui aūt. §. illud. Impossibile aūt dico, cui naturalis ratio uel ciuilis est impedimēto quo minus sit & probatur hęc distinctio. per l. de don. int. uir. & ux. l. si sponsus in prin. Si autem non sit impossibile, &

dicatur

dicatur esse non posse propter alicuius facti impedimentum, puta furiosi, uel similis causa est: nihilominus tenebit. ut ff. de spon. l. furor. quia talia magis respiciunt difficultatem. ut ff. de uerb. oblig. l. 2. & l. cõtinuus. §. illud.

Quod ab initio non ualet, tractu temporis conualescit.

I. aut. de nupt. §. quoniam. in fin.
C. de contract. iud. l. quodcunq;. in prin.
C. quod ui aut clãm. l. cum.
C. si maior factus r. h. l. 2.
C. si in communi ea'demq; causa. l. 1.
C. si ma. fac. alien. ra. ha. l. si quando.
ff. ad municip. l. ult. in prin.
C. de nupt. l. & contra.
C. de don. int. uir. & ux. l. dona.
ff. de adoptionib. l. adoptio.
ff. de offic. proconſ. l. obſeruare. in fin.
ff. de iud. l. licet.
C. lib. 11. de fund. patr. l. iubemus.
C. lib. 11. de agri & con. l. ceſſa.
I. temporis metam. ad confirmant.
ff. de bon. poſſ. cont. tab. l. non putauit. § ſi quis.
ff. de pig. act. l. aliena res.
ff. ad S. Conſ. Vell. l. ſi mulier contra.
ff. de pig. l. ſi Titio.
ff. de ritu nupt. l. ſi quis in ſena.
ff. de fundo dót. l. ſi fundum.
ff. de hæred. inſtit. l. qui ſoluendo non erat.
ff. de teſtam. tut. l. ſi hæreditas §. qui filium.
ff. mand. l. neq; idem Pomp.
ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi filius fam.
ff. de iniuſt. rupt. l. poſthumus filius præteritus.
ff. de his quibus ut indig. l. ult. in fine.

ff. de fidei-

ff.de fideicommiss.lib.l.generaliter.§.2.
ff.de condit.inst.l.mulier.§.1.
ff.de lib.causa.l.liberis.§.si quis minor.
ff.de usur.l.uerso.§.si quis. & l.cum tut.
ff.de fideicommiss l.si quis pro eo.§.si nummos.
ff.de solut.l.si procurator.in fin.contra.§.alia.
ff.de re militari.l.milites.

Quod ab initio non ualet, tractu temporis non ualescit.

In Instit.de cura.§.1.
Inst.de emphyt.Rubric.præstitit à tempore.
In Instit.quibus non est permis.fac.test.§.pen.& ult.
In Instit.de exhære.lib.in prin.
In Instit.de leg.§.sed an serui.
In Instit.de inutil.stip.circa prin.
In Instit.de nox.act.§.si seruus.
C.de contract.iudi.l.quodcunq;.§.prouincijs.
ff.de ser. expor.l.si mensor.
C.de post.l.uxoris.
C.de lega.l.seruus.
C.mandati.l.cum in fraudem.
ff.de pact.l.si tibi.§.si pactus sim.
ff.de iud.l.si à me.
ff.de his qui deiece.l.1.§.1.
Ratihabitione conualescit:ut ff.qui satisd.cog.l.Iul.
ff.commod.l.1.§.impub.
ff.quod iussu.l.si tutoris.§.ult.
ff.de in rem.uers.l.si pro parte.§ pen.
ff.de leg.3.l.certum.in prin.
ff.de actio.empt.l.si uenditor.
ff qui & à quibus manu.l.si seruo.
ff.de periculo & comm.uend.l.serui.
ff.de re militari.l.desertorem.§.in bello.
ff.de re iud.l.quòd initio.§.penult.

Quod ab initio non ualet, tractu temporis non conualescit: & econtrà.

In primo caſu non licet alicui uenire contra factũ ſuum. C. de act. & obli. l. ſicut. & ff. de diſtr. pign. l. ſi is qui. Et in hoc caſu loquuntur plures leges huius generalis. Hoc in cõtractibus innominatis. & eſt ratio. ſicut enim cõtractus innominati debiles ſunt in obligatione contrahenda, ita & in ea retinenda. In quibus datur pœnitendi facultas, ei fortè ſoli cuius gratia eſt initus. ut ff. condit. cauſ. dat. l. ſi pecunia ei. l. de di. §. 1. Item quandoq; & ſi non gratia pœnitentis celebratur. ut ff. de precar. l. cum precario. Sed in contractibus nominatis quandoq; licet uenire contrà, ſi fauor libertatis uel liberorum interueniat. C. de lib. cauſ. l. 1. & de euict. l. ſi tibi. Si uerò pactum nõ ſit legitimè factum, diſtingue: an ſit factum lege prohibente, an lege ei non aſsiſtente, quia omiſſa ſit legis ſolennitas, uel conſenſus eorum qui pacto conſentire debebant. In primo caſu licet uenire contrà. ut C. de agric. & cenſit. l. quemadmodum. & C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. iubemus. §. prædia. Authen. nec obſtat quod in ea lege uidentur œconomum priuare adminiſtratione. nec enim priuatur ipſo iure, ſed per ſententiam. In ſecundo caſu non poteſt uenire contra factum ſuum. ut ff. de adopt. l. poſt mortem. & de ſer. ruſt. præd. l. per fundum. & ut communia præd. l. uenditor. & Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. §. ulti. Vbi autem non interuenit pactum, ſed qui unum fecit, ad aliud uult recurrere, & primum deſerere, non eſt concedendum. ut ff. de leg. & conſt. l. penult. niſi in quibus caſibus hæc lex permittit. ut ff. de colla. bon. l. nonnunquam. & ad hoc facit totum illud generale. Locus eſt uariationi & con.

Quæ facti sunt, ad alios non transeunt.

l. ex deprehen. l. significauit.
C. de cad. toll. l. 1. §. non autem.
l. de paren. R. ea quæ facti.
ff. de stat. lib. l. statu liberi. §. si quis non dare. & §. ult.
ff. de cond. & demonst. l. qui hæredi. in princip.
ff. de solut. l. inter artifices.

Ex his legibus uideri potest, quòd si quis dedit fideiussorem in his quæ facta sunt, quòd non tenetur fideiussor ad interesse.

Quæ facti sunt, &c.] Differẽtia est inter donationem & factum: quia donatio per alium impleri potest, factum autem siquidẽ inhæreat. Specialiter hoc acto certæ personæ ingenio per alium nõ adimplea tur: alioquin contrà. ut ff. de cond. inst. l. ult. & C. de cad. toll. l. 1. §. ne autem. & ff. de solut. l. inter artifices.

Qui non facit quod facere debet, intelligitur facere quod non debet.

ff. de ædil. edict. l. quid sit. §. idem ait, si seruus. & §. ult.
ff. de re mil. l. non omnes. §. qui captus. §. ult.
ff. qui in fraud. cred. l. 4. & 5.
ff. de reg iur. l. qui non facit.

Hoc quidem est de iuris intellectu uel fictione, nõ de ueritate. non enim sicut qui facit quod non debet facere, tenetur de facto: ita & is qui omittit facere, tenetur de facto: ut in fructuario, qui propter omissa non tenetur Aquil. licet teneatur propter facta. ut ff. de usufr. l. si usus fructus. §. de præteritis. Idẽ etiam assignatur per Yrnerium, siue (ut alij) Guarnarum. ff. dolo. l. elegãter. §. si quadrupes paup. fec. dic. l. 1. §. sed si instigatu. idemq; assignari potest in domino sciente, & non prohibente. si enim ipse dominus faceret, teneretur ex suo delicto. sed cum seruus delin-

delinquit,eo sciente,tenetur propter seruí malitiam. hinc est,quòd & delictum serui caput sequitur. ut ff. de noxali act.l.2.§.is qui.& l.in delictis. §.cum dominus.Et ita differentia est,faciat quis, an omittat facere quod facere debet.

Non facere,facere est.

In Instit.de nupt.§.si uxor tua.

Quod solitum est fieri,semper fieri creditur.

In Decret.distinct.75.dilectionis.
C.de prob l.matrem.l.siue possidetis.
C.de don.inter uir.& ux.l.etiam.
ff.de re mil.l.non omnis.§.à barbaris.
ff.de accus.l.si cui crimen.§.idem.
ff.de lib.hom.exhib.l.quod & lex.§.hoc interdictum.

Sup.Rubr.Quod quis solet facere, &c.nec est differentia, nisi quia illud in specie, hoc in genere loquitur.

Quod solitũ est fieri,&c.]Ex his quę plerũq; inter homines contingunt,sumuntur in iure præsumptiones:quibus standum est,donec probetur contrariũ. ut C.de donat.inter uir.& uxor.l.etiam. Similiter sumitur coniectura ex eo quod olim fuit:ut in sequenti Rub.continetur:scilicet ut præsumatur esse modò, nisi in contrarium probetur. ut C.de probat. l.siue possidetis. Hoc autem fallit in ætate. nec enim sequitur: heri fuit minor, ergo hodie præsumitur esse. ut C.de in integ.rest.l.si minorem.& hoc est ideo: quia solo cursu temporis mutatur id quod olim fuit, scilicet quia minor fuit: sed modò est maior. Quid in possessione,nunquid præsumitur hodie possidere, quia olim possedit:arg.est quod sic.C.de pign.act.l. si creditor. Ioh.tamen dicit, aliud esse in possessione

quàm

quàm in dominio: quia plerunq; facilius amittitur possessio quàm dominium. ut ff. de acquir. poss. l. si quis in. §. differentiæ. nec ob prædict. l. de pign. act. l. si creditori. quia ibi creditor ex contractu erat obligatus ad restituendum. Vnde nisi alleget iustã causam amissionis, damnatur. sed ubi quis contendat se olim possedisse, non præsumitur ideo hodie possidere in alterius præiudicium, utputa si præscribat: sed in suum fortè. ut C. ad exhib. l. non ignorabilis.

ADIECTIO.

Imò dicendũ, ut diximus. ff. de except. rei iud. l. si rem. Causa.

Ex eo quod olim fuit, præsumitur modò esse.

In Decr. 16. quæst. 5. in parrochia.
C. de rei uend. l. partum ancillæ.
C. de ædil. edict. l. si apud prætorem.
C. de lib. caus. l. aui paterni.
ff. de stat. hominum. l. penult.
ff. de ædil. edict. l. redhibere est facere. §. 1.

Ex eo quod olim fuit, &c.] Hæc Rubrica etiam suprà Rubrica proxima, Quod solitum est fieri, &c. exposita est.

Quomodo ex priori facto quid præsumatur.

C. in integ. rest. l. si minorem.
In Decr. c. 2. quæst. 1. in primis.
In Dec. distinct. 40. q. 8. sicut.
Inf. de præsumpt. Rub. immod. præsumpt.
ff. de suspect. tut. l. tutor. §. si tutor.
ff. de act. l. si cui. §. iisdem.
ff. de re mil. l. non omnes. §. Barbarius.
ff. de prob. l. cum tacitum.

C. de

C.de probat.l.ex persona cum termino rem.
In Auth.de rest.& ea quæ.§.unde.

Quomodo ex priori,&c.] In ista Rubrica sumitur coniectura,ex eo quod olim contigit in alicuius persona,ut leges suppositæ declarant: sed & quandoq; propter præsentia declarantur præterita: ut in sequenti Rubrica,& C.ad l.Iul.de adul.l. si qui adulterij.& ff.de re iud.l. quædam.

Propter id quod modò accidit, anteriora demonstrantur.

C.de nupt.l.si quis alumnam.
Inf.de præsumpt.Rub.de præsenti.
C.de adult.si qui adulterij.
33.quæst.1.c.1.
distinct.18.præuenit.
ff.de reb.dub.l.quædam.
ff.de neg.gest.l.cum pater testamento.
C.de appell.l.à proconsulibus.

Propter id quod modò,&c.] Hæc Rubrica exposita est suprà Rubrica proxima, Quomodo ex priori, &c.

Non debent sequentia metiri secundū ea quæ præcedunt.

1.quæst.1.principatus.
ff.de admin.rer.ad ciui.pert.l.2.

Non debent sequentia,&c.] Clarius & apertius dixisset, Temporis mercedes uel precia non æstimantur secundum præsentia.Item,præsentia non æstimantur secundum præterita. sed in omnibus his casibus tempus contractus est inspiciendū. ff.de iure fisci.l.non intelligitur.§.diui. Licet autem non metiamur præterita secundum præsentia, & contrà: tamen

men hæc per illa ad inuicem declarantur. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. ult.

CAVSA.

Idem in denunciatione & electione. ff. quod cuiusq; uniuersitatis. l. item eorum. §. 1.

Quod quisq; per alium facit, perinde est ac si ipse fecisset.

ff. de neg. gest. l. Nam & Seruius. §. ult.
ff. quarum rer. actio non datur. l. 1. §. antepen.
ff. ne uis fiat ei qui in possf. l. 1. §. si domini uel patris.
ff de iurisd. omn. iud. l. si quis id quod. in fin.
ff quod ui aut clàm. l. aut qui. §. pen.
ff. ne quis eum qui in ius uoc. l. si per alium.
ff. de calum. l. quinetiam si quis.
ff. de eo per quem factum. l. 1.
ff. de pign. l. si inter.
ff. mand l. ult.
ff. ad l. Aquil. l. liber homo. 2. respon. contrà.
ff. de adminis. tut. l. ita autem. §. gessisse.
ff. de coll. bon. l. dedit.
ff. de itin. actuq; priuat. l. 1. §. 1.
ff. de ui & ui arm. l. 1. §. deiecisse.
C. de usur. l. eos. in fine.
ff. de admin. rer. ad ciuita. per. l. 1. §. 1.
ff. de adopt. per mortem. §. meq; contra.
C. de his qui ueniam ætatis imp. l. 2. contra.
C. de iur. emphyt. l. 3.
C. de asser. tollend. l. 1.
25. d. §. præcipimus.
ff. de contrahend. emption. l. quod sæpe. §. si quis amico. contrà.
ff. famil. erciſc. l. si familiæ.

Quod quis per alium facit, &c. & econtrà.] Non est contra hoc quod legitur ff. ad l. Aquiliam. l. liber homo.

homo. Tenetur enim qui fecit, & nihilominus qui iussit. ff. quod ui aut clàm. l. aut qui aliter. §. si quid & de iniurijs non solum. §. si mandato meo. & §. Procu lus. Item non obstat quod legitur ff. de contrahend. empt. l. quod sæpe. §. si quis amico. quia dicit quod non uendidit, subaudi, absens. Videtur enim uendi disse præsens per procuratorem suum: ut in hoc to to generali continetur.

ADIECTIO.

Vel distingue, an sint quæ demandari possunt, uel non: ut infrà de se suisq; rebus. Rubr. quod meo. uel solue iuxta legem, quæ est de caducis tollendis. l. 1. §. ne autem.

Quod quis per se iussus est facere, per aliũ non potest explicare.

ff. de adopt. l. post mortem. §. neq;.

Quod ego solus facere non possum, alij faciendum solus mandare possum.

C. de procur. l. non eo minus.
C. de thesaur. l. 1. §. in alienis.

Quod ego solus, &c.] Malè inducitur ad hãc Ru bricam, quod legitur in C. de procur. non eo minus. quia & ibi si solus minor egisset, & si pro eo lata esset sententia, teneret per rationem eiusdem legis. meli us inducitur lex pen. eiusdem tit. & dicetur esse spe ciale, contra superius generale.

Ex facto non sequitur id quod sequi uidetur.

ff. de iud. l. non uidetur.
ff. famil. erciſc. l. qui familiæ.
ff. de except. seu præſ. l. non utiq;.

C. de euict. l. non ex eo.
ff. de no. op. nunc. l. sciendum est. per con.

Ex facto nõ sequitur, &c.] Hoc generale unò uerbo potest interimi, ut dicas: imò non uidetur sequi, ut per leges sub eo positas probatur. uel dic: sequi uidetur prima facie, non tamen sequitur. quanquam lex illa de except. non utiq; intelligi possit, quando reus negabat se debere, uel si dedit, opponebat exceptionem, confiteri uidetur ex quadam consequentia: quia cum dicit sibi competere exceptionem, ergo alij actionem. ff. de except. l. 2.

Magis ex consequentia primi facti uideor facere, quàm ratum habere.

31. quæst. 1. c. 1.
ff. de min. l. deniq;. §. scio.
ff. de don. inter uir. & uxor. l. si donatæ. §. si sponsus. C. ad vell. l. si mulier.

Magis ex consequentia, &c.] Hoc locum habet, cum factum quantum ad obligationẽ, semel est consummatum, postea autem quis illud exequitur. nec enim executionis tempus est inspiciendum, ut ob hoc uideatur aliquis habere ratum, sed contractæ obligationis.

DE IMPOSSIBILIBVS.

RVBRICA XI.

Quis obligatur ex impossibili.

In Decret. distinct. 19. in canonicis.
C. de ædil. act. l. 3.
I. de pact. Rubr. pacta.

ff. de

ff.de doli except.l.apud Celsum.§.Item Labeo.
ff.de euict.l.si ita quis stipulanti.
ff.locati.l.dominus horreorum.
ff.de pactis.l.iurisgentium.§.ult.
ff.de uerb.obl.l.continuus.§.illud inspiciendum.
ff.comm.tam urb.quàm rustic.præd.l.2.& l.uenditor.

Quod possibile est,pro esse habetur.

In Decret.de consec.dist.4.sanè.in fin.
ff.ne quis eum qui in ius uoc.l.si eximendi.
ff.de furt.l.eum qui.§.Papinianus tractat.
Sup.de qualitate factorum.Rub.quod non uidetur esse.

Licet sit possibile,non habetur pro esse.

In Decret.dist.86.non satis.in princ.
ff.de in ius uoc.l.quamuis.
ff.de bon.liber.l.qui cum natu maior.
ff.de solut.l.cum decem mihi.
ff.rem rat.hab.l.amplius.

Quod possibile est,&c.] Et econtrà,id quod nõ est,est tamen possibile,attenditur plerunq; in actione:scilicet quando alicui suum delictum uel factum obiici potest, propter quod incidit in obligationẽ. ut ff.de leg.Aquil.l.in lege.& l.inde Neratius.in principio.& §.2.& de furt.l.eum qui.§.Pap.& de tab.exhib. l.locum.§.condemnatio.nec obstat quod legitur in eod.tit.de fur.l.qui tabulas.quia tabulæ non sunt alicuius extimationis,quia in facto contrà est. Quod autem dixi, possibile,attendendum est,si facilè possit contingere: sed si cum difficultate multa, uel uix contingat,non est respiciendum. ut ff.qui & à quib. man.l.Iul.& de re iud.l.si quis ab alio. & est arg.pro hac solutione,ff de legib.& Senat.l.nam ad ea.leges autem scriptæ in contraria Rubr.nihil pertinent ad hoc generale.

Qui potest facere ut possit iam posse facere, intelligitur facere.

In Decret. distinct. 83. error.
ff. de ædil. edict. & redhib. l. quis sit. §. idem ait.
ff. ex quibus caus. maior. l. sed & si per prætorem. §. ait prætor.
ff. de reg. iur. l. qui potest facere.

Qui potest facere ut possit, &c.] Hîc distingue, an facilè possim ut possim, an non. in primo, causa uideor posse facere: in secundo nõ. ut ff. quib. ex caus. ma. l. sed & si. §. ait prætor. & tit. de bon. liber. l. qui cũ natu maior. §. sed si minor. Hoc generale probatur ff. de reg. iur. l. qui potest facere.

DE CONTRACTIBVS.

RVBRICA XII.

Contractus ex una parte constat.

In Decret. 15. quæst. 2. aliquando.
C. de transact. l. fin.
C. de hær. uel act. uend. l. qui nondum certus.
ff. de pact. l. iurisgentium. Rubr. 1.
In Decret. 12. quæst. 2. si qua.
In Decret. c. 32. quæst. 7. quod proposuisti.
ff. de act. empt. l. Iul. §. si quis à pupillo.
In Auth. de non elig. §. hoc autem quod.

Contractus ex una parte, &c.] Illud certum est, quòd in parte rei recedi potest à cõtractu, sicut & in totum. ut ff. de pact. l. iurisgent. suprà, quin imò. & §. adeò. Non autẽ receditur sic, ut unus tantum cõtrahẽtium sit obligatus, alius nõ, nisi propter personæ priuilegium. ut ff. de act. empt. l. Iulianus. §. si quis à pupil-

pupillo.uel propter odium,ut de transact.fi. Et hoc est ideo,quia non debet claudicare contractus.ut ff. de arbitris. l.si cum dies.§.pen.

Contractus in totum rescinditur,cum in parte ineundus non erat.

In Decret. de cons.dist. 2.comperimus.
ff.de minor.l.tutor.§.curator.
ff.de contrahend.empt.l.si duos quis.
ff.de in diem adiect.l.quòd si uno.§.Celsus.
ff.de ædil.edict.& redhib.l.cum eiusdem generis.

Contractus in totum,&c.] Hoc est,quando aliàs pro parte rescindendus erat.sed quia pro parte non erat quis empturus, in totum rescinditur.ut ll.suppositæ declarant.

De æqualitate seruanda in contractibus, & iudicijs,& in pactis.

C.de fruct.& in lit.expen.l.cum quidam.
C.de prox.sac.scri.l.in sacris.la.3.§.& quoniam.lib.12.
ff.de arbit.l.si de meis.in fin.1.respons.& l.si cum dies.§. penult.& l.Pedius.§.in seruum.
ff.pro soc.l.si socius pro filia.

De æqualitate seruanda,&c.] Quòd æqualitas in cõtractibus,in iudicijs,arbitrijs,& pactis debeat seruari,plenè probatur in d.legib.Vnde dicitur, quòd si unus litigatorum sit priuilegiatus,alter non:priuilegium uni cõpetens extenditur ad alterum. d.l.fin. C.de fruct.& lit.exp. & de prox.sacro.scri.l.unicuiq;. lib.12.Nam Iurisconsulitare student in omnibus actibus,tam iudiciarijs q̃ extraiudicialibus,inæqualitatẽ.ff.de uulg.& pup.substit.l.iam hoc iure. & l.Lucius.C.de rescin.uend.l.ratas.& de test.mil.l.in testamento.& C.de impub.& alijs substit l.hæreditatẽ. & l.q̃uis.& notaui in d.l.in sacris.3.§.& quoniam. & in

d.l.fin.C.de fructi.&lit.expen.& habetur in reg.in iudicijs.de reg.iur.in 6.

Ex inutili contractu dominiũ transfertur.

C.si quis alij uel sibi.l.multum.
C.de don.ante nupt.l.cum ueterum.& ibi.
C.de imp.& alijs sub.l.1.
In Instit pro socio.§.2.

Vide quæ dixi in l.contractus. C.de fid.instrum. & in d.l.multum.

Cum dolus dat causam contractui, ipso iure nullus.

Et probatur tantum duabus legibus,& non pluribus.ff.de dolo.l.eleganter.Rub.1.ff.de mino.in integ.restit.l.in causæ.2.§.itẽ rela. Vbi dolus dedit causam contractui,in potestate illius est, qui dolum nõ adhibuit,an uelit conuentioni stare.

ff.de iur.dot.l.si res æstimata.§.1.
C.de transact.l.fin.
ff.de min.25.ann.l.si iudex.
ff.de arb.l.si cum.§.si arbiter.
I.ff.de act.Rubr.non ualet.
Suprà de dolo consid.Rub.dolum proprium.

Contractum temporalem fieri posse.

ff.de leg.fideicomm.l.ult.

Quod in cõtractibus agitur,pro cauto habetur.

ff.si cert.pet.l.cum quid.
ff.de uerb.obl.l.triticum.
ff.de dam.infect.l.si finita.

Nota contractũ in quo contrahentes non possunt adhibere certam legem.

ff.de exercitu.l.1.§.magistrum.

Cause

Causa in contractibus adiecta, nisi de iure & de facto impleatur, nō sufficit.

C. de testa l. nolumus.
C. de emphyt. iur. l. ult.
ff. de cond. ob turp. caus. l. 1. cum ait.
ff. de cond. ob caus. dat. l. dedi tibi. §. ulti.
C. si man. ita fu. al. l. ult.

Causa in contractibus, &c.] Hoc fallit quandoq;, ut in ff. de cond instit. l. si mulier. §. si quis. & infr. de sic. Rub. id uidetur posse fieri. & Rub. non sufficit an.

Licet contractus non teneat, tamen postea exigitur.

In Decret. 30. quæst. 1. in fin. & c. 1. & 2.
ff. de his qui not. infām. l. quid ergo. §. quod ait.
C. de cond. ob caus. l. 1.
In Auth. de non al. l. aut per. §. quia uerò congruū. col. 2.

Licet contractus, &c.] Si loquaris de pœna conuentionali, hoc est intelligendum, quando non tenet, q; lex ei non assistit. secus si resistat: puto quod improbatur, quod contineatur in stipulatione. ut ff. de uerb. oblig. l. stipulatio hæc. In Instit. de inut. stip. ista. §. alteri. & Instit. de inut. stip. §. alteri. Si autem loqueris de pœna legali, ea exigitur, & si improbatum deueniat contractū. ut C. ad l. Iul. de adult. l. eū qui.

Quid actum sit inter contrahentes, inspicitur.

In Decret. 18. quæst. 11. Eleutherius.
C. de testib. l. ultima.
C. de spon. l. ult. in fin.
ff. si seruit. uend. l. testatrix. §. 2.
ff. si cert. pet. l. 3.
ff. mand. l. Lucius.

C. de test. l. ult.
C. de iur. emphyt. l. ult.
ff. ad l. Rhod. de iact. l. qui leuante. §. 1.
ff. de contrah. empt. l. qui fundum. & l. fundi partem. & l. alioquin.
ff. de in diem adiect. l. 2. item quod in fin.
ff. de probat. l. ante omnia.
ff. qui sine mand. ad liber. per l. ult.
ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus.

Mutuum ciuile stipulatione contrahi.

C. ad Maced. l. 3.

Eadem mensura uel moneta debetur, quæ erat tempore contractus.

In Decret. 1. quæst. 1. principatus.
In Auth. ut cum de appell. cog. §. 1.
ff. si quis caut. l. si quis quempiam. & l. qui ante. §. illud.
ff. de eden. l. ubi. §. 1.
ff. si cert. pet. l. 3. in fin.
ff. de euict. l. bonitatis æstimationem.
ff. de leg. 3. l. Lucius Titius. & l. uxorem. & l. filium. §. testamento ita pueros.
In Decret. dist. 31. ante triennium.
ff. de iud. l. si quis postea.
C. de præd. & omni re. nauic. l. 2. lib. 10.

Suprà, initium spectandum, tempus contractus debere inspici. suprà, Repetita die, &c.

I. de pact. Rubr. 1. & ult.
I. de empt. Rubr. 2.

Nota, quædam emuntur quæ loco uenditorum supponuntur.

Superueniens moneta uel mensura debetur, siue maior siue minor sit.

In Decret. 23. quæst. 4. l. si Ecclesia.

ff. de

ff.de cond.& demonst.l.filiæ suæ.§.ult.
ff.de lib.& posth.l.placet omnem.
ff.de leg.2.l.Imperator Antoninus.§.ult.
ff.si cert.pet.l.unum.
ff.de pig l.cum tabernam. Rubrica 1.
ff.de furt.l.inficiando.§.infans.
ff.de fideiussorib.l.si quis.§.si nummos.
ff.de op.lib.l.1.
ff.de uerb.obli.l.inter stipulantem.§.ult.
ff.quor.leg.l.diuersum.

Eadem mensura, &c.] Solummodo eadem mensura debet præstari,& eadem moneta:uel si alia præstetur,habeatur ratio damni.Statuta post contractū facta,futuris contractibus dant formam, non præteritis.ut C.de leg. & const.constit.l.leges. Nec obstat quod legitur ff.de leg.2.l.Imperator.§. ult. & de pig. cum tab.& de furt.l.inficiando. §. infans. quia in his legibus non prohibetur, quin possint peti ea, quæ tempore testamenti uel cōtractus erant in hæreditate,uel in bonis debitoris,& in taberna:uel quin petatur utilitas,quæ erat tempore delicti: sed dicit etiam in plus agi posse, uel dicitur, quod in primis duab. legibus facit illud tenor uerborum testatoris. sic l. de con.indeb.l.filię.§.ult.Sic enim dixerat:Quod supererit ex hæreditate,tempore mortis, uel quæ in ea erit,cum moriar. Item cum dicit tabernam, uerisimile est id actum,ut res præsentes, & postea permutatæ uel substitutę teneātur pignori: quia quotidie fit earum permutatio.Nec obstat quod legitur in ff. de reb. cred. l. unum. quia ibi non loquitur in alia mensura,sed in eadem. Quæritur autem de æstimatione rei, quo tempore sit spectanda. Aliæ leges contrariæ non uidentur esse dignæ responsione.

Azo.

DE PACTIONIBVS.

RVBRICA XIII.

Quod non potest pactio, potest stipulatio.

C.locat.l.si tibi.
C.de iur.dot.l.auia.
ff.de relig.l.quòd si locus.
C.de usur.l.quamuis.

Quod non potest pactio, &c.] Potest & alius casus addi, in C.de usur.l.quamuis. item alius, ut ff.de ser.expor.l.seruus.§.ea lege.& l.si uenditor.§.ult. Casum autem qui est in C.locat.l.si tibi. non multũ approbo ad hoc probandum: quia ibi nõ dicit, quòd pactum fuerit in rei traditione appositum: nec ego id intelligo.& ita quod non fuit uestitum, nulla datur ex eo actio. Potest & econtrariò assignari, quòd plus possit pactum quàm stipulatio, sicut est in mutuo: quod alij stipulari nequeo, pacisci uerò possum. ut ff.de reb.cred.l.certi condictio.§.quoniam.& §.si nummos.& de contrahen.empt. l. fundus ille.& in Instit. de inutil. stipul. §. quòd si quis. & sunt ista specialia. aliàs enim sicut pactum est nullum, ita & stipulatio: & si stipulatio tenet, & pactum. item, si nõ tenet stipulatio, nec pactum. ut ff.de pact.l.iuris gẽt. §.si paciscar.in fin.§.ibi & si stipulatio sit interposita, &c.& ff de reg.iur.l. quo tutela.§.ult.

Quandoq; pactum pro stipulatione interpretatur.

ff.de iud.l.solemus.

ff.qui

ff.qui satisd.cog.l.de die.Rubrica 1.
ff.de contrahen.empt.l.si in empt.Rubrica 1.
ff.locat.l.ea lege.
ff.de uerb.oblig.l.continuus.§.cum ita.

Quandoq; pactum pro stipulatione interpretamur.] Regula est, contra stipulatorem, uenditorem, locatorem interpretandum esse. ut ff.de pact.l. ueteribus. & de uerb. oblig.l. quicquid. & de contrahen. empt.l.Labeo. fallit tamen in iudicijs, duplici ratione: ne semper dicat reus se de hoc nõ sensisse, & quia iudicium redditur inuitum. ut ff. de iud. l. solemus. & l.si quis intentione. & de uerb.obl.l. inter.§. si stip. & similiter solui potest, quod dicitur ff.qui sat.cog.l. de die. quia & ibi loquitur in iud. Illud non dico speciale, quod legitur, ut ff.de contrah.empt. l si inept. quia distinguendum est, an uenditor apponat legẽ: nisi tunc obtineat, quod dictum est, an emptor. & tunc fit interpretatio contra eum: dum tamen meminerimus, eum semper uideri apponere legem, ob cuius utilitatem est dicta. & ita solui potest quod dicitur in ff.qui pot. in pig. l. insulam. Non placet illa distinctio, ut in re principali contra uenditorem, in re accessoria contra emptorẽ fiat interpretatio: quia in accessorijs, puta seruitute, dicit lex contra ut ff. de pact.inter empt.l. cum in lege. Item, nõ obstat quod legitur in ff.locati ea lege. quia ideo ibi fit interpretatio pro locatore, ne corrumpatur alia regula, quæ est in C.de ll.& const.l quod fauore nam si illud pactũ quod sui fauore locator apposuit, non esset appositum, certum esset quòd uel tenetur restituere, licet pluris locasset. nunc ergo non tenetur. Item, non obstat quod legitur ff locat. l. in lege. Nam ibi fit ideo interpretatio contra cõductorem, ne secũda pactio nil operetur: cum enim primò dictum esset ne cederet, & id uidebitur comprehensum, ut & alium

facere

facere nō patiatur: quia si pateretur, facere uidetur. ut ff. de his qui not. infam. l. quid ergo. §. certè. Cum ergo illud prima clausula contineatur, non uidetur repetitū in secūda: sed magis aliud adijcitur, scilicet ut det operam ne alius faciat, ne nil operetur. ut ff. de leg. 1. l. si quando. Similiter responderi potest ad l. de uerb. oblig. l. cum qui Kal. 1. Rub. & l. continuus. §. cum ita. quia si non de proximo intelligeretur tēpore, non magis posset dici de 2. quàm de tertio, & ita in infinitum: & ita nulla esset. Vnde eligitur proximum tempus.

ADIECTIO.

Si enim aliter non posset ualere stipulatio, nisi secundum stipulatorem interpretemur: tunc secundū stipulatorem est interpretandum, ut res potius ualeat, quàm pereat.

Quod non potest stipulatio, potest pactio.

ff. de contrah. empt. l. fundus. §. quod.
ff. si cert. pet. l. certi. §. quoniam.

Pacta contra ius facta ualent.

In Decret. 12. q. 4. in mal.
ff. si quis caut. l. & si quis. §. ult.
ff. de pact. l. paciſci.
ff. de nou. op. nun. l. 1. §. potest. & §. pen.
ff. de dam. infect. l. si finita. Rubric. 1.
ff. de except. l. an inutili. Rubric. 1.

Contrà.

In Decret. 12. q. 4. innocens.
C. de sac. san. eccles. l. iubemus.
C. de legib. l. non dubium.

C. de

C.de pact.l.pacta.& l.pactum quod.
C.de inoff.test.l.si quando.§.1.
C.de rei ux. act. l. rem in præsenti.§. illud etiam generaliter.
C.de pact.dot.l.ex morte cuiuscunq;.
C.de repudijs.l.consensu.§.pactiones.
ff.de pact.do.l.conueniri non potest.
ff de distract.pig.l.si creditor.§.ult.
ff.solut.matr.l.alia.§.1.
ff.de precar.l.cum precarium.

Pacta contra ius facta, &c.] Verum est,quòd pactio contra ius facta, quæ ius fieri prohibuit, nulla est.ut C.de legib.l.nō dubiū.C.de pact. l. pacta quæ. Si autem non prohibuit,sed cum quis beneficiū habet sibi indultum,per pactum remittit, tenet ex certa conscientia.ut ff. si quis caut. l. sed & si quis.§. ult. non enim est contra legem: imò secundum legem. ut ff.de ædil.edict.l.quæritur. §.pen.C.de pact.l. pen. nec obstat quod legitur in ff.de pact.l.paciſci. quod enim dicit contra edictum,ita expone:id est, contra beneficium ab edicto indultum. uel dic, contra, id est,prẹter.ut C.de reb. cred.si cert.pet.l.nec filius.

Ex nudo pacto quod est contra ius, non oritur actio.

C.de pact.l.pacta quæ contra.
ff.de uerb.obl.l.generaliter Titia.

Ex nudo pacto,&c.] Vide quæ notaui in d. ll. pacta.& l.generaliter.& l.Titia.

Pacta impoßibilia,uel sub impoßibili conditione,non ualent.

In Decret.dis. 4.erit.

ff.de

ff. de pact. l. iurisgen. §. prætor ait pacta. & l. ius autem agnationis.

ff. de reg. iur. l. uerum est, neq; pact.

Pacta impossibilia, &c.] Hîc ponitur impossibile, pro difficili. ut suprà in illa Rubrica, Quis obligatur ex impossibili.

Pactis priuatorum ius publicum non lædi. & non licet renunciari his, quæ tam pro se, quàm pro communi utilitate sunt introducta.

De cret. d. 17. consilia.

C. de recept. l. ult.

C. de Episc. & cler. l. si quis in hoc.

C. de rapt. uirg. l. 1.

ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum. ibi, continet speciale pactum.

ff. de precario. l. cum precario.

Sed ibi non fecit pactum de non petendo, tunc enim tenetur: sed concessit ad tempus, & interim mutat uoluntatem: ideo, quia cum unum speciale pro eo cui conceditur, inducatur, scilicet ne teneatur nisi de dolo & lata culpa, hoc contra eum inducunt. ut ff. de iureiur. l. eum qui. ff. quibus ex cauſ. maior. l. 1. ff. de precario. l. quæsitum. §. illud. C. de lib. cauſ. l. nec si. Sed non sunt ibi uerba pacti, ut diximus suprà de iur. & fact. ignor. l. cum testa. Sed quid si uerba pacti uel testamenti essent expressa: puta, quia dixit, libertinum uenire ad me. dicit Ioh. eos non sequi libertatem, quia non sunt uerba idonea. argum. contra. ff. de constit. pec. l. Titius. §. quidam. & ff. de confess. l. certum.

C. de inoff. test. l. si quando. §. 1.

C. de usufr. l. si usufr.

C. de Iudæ. l. Iudæi.

C. de

C.de iur.iur.l.propter.ca.l.2.§.sed & quasi contra publicam utilitatem.ut Instit.de pœn.tem.litig.in prin.
C.de testa.l.testandi.
C.de testib.l.parentes.
C.ad Vell.aut.siue à me.
C.de Latin.liber.toll.l.1.§.illo proculdubio.
C.de rei ux.act.l.rem in præsenti.§.& cum lex Iulia.
C.de fideiuss.l.non rectè.
C.ut in pos.leg.l.scire debetis.
C.debit.uen.pig.imp.non.l.1.
C.de quæstion.l.seruos.ibi,non fuit pactum.
C.ad Trebell.l.iubemus.
C.de collat.l.pactum.§.sed de bonis mortui.
ff.de postulando.

Quos prohibet & publica utilitas, ne impunita sint maleficia.ut ff.ad l.Aquil.l.ita uulneratus.

ff.de transact.l.3.cum hi.sed speciale est.
ff.ad l.Falcid.l.quod de bonis.§.1.
ff.de procur.l.filiusfa.§.pen.

Hoc ideo,quia contra publicam utilitatem.

ff.de pact.l.iurisgentium.& l.pactum.& l.iurisgentium.§.& generaliter.
ff.de usufr.l.sed etsi quid inædificauerit.§.ult.& l.Proculus.

Sed expone literam ut ibi diximus,& maximè in d.§.ultimo.

ff.de admin.tut.l quidam decedens.
ff.de constit pec.l.eum qui.§.1.
ff.de pig.act.l.ideo qui.& l.pen.& l.3.speciale est ibi.
ff.de pact.dot.l si pater.§.1.

SOLVTIO.

Speciale est ibi: uel quasi contra pub. utilitatem est, ne impediantur nubere, quod publicè interest.

ff.solut.matr l.1.
C.de pat.potest.l.abdicatio.ibi,non fuit pactum.

C.de

C. de pig. l. ult.

Speciale est ibi, ne creditores in diuitiores nimiã suam extendant auariciam.

ff. de lib. cauſ. l. 2. & 3. Rubrica.

Non tantum est renuncíantis, sed etiam mandantis causa est, ut l. eo. l. quoniam.

ff. solut. mat. l. alia. §. eleganter. Rubrica.

Hoc ideo, quia contra bonos mores, uti dicitur.

ff. qui test. fac. poſ. l. 3. & 6.
ff. de leg. 1. l. nemo potest.
ff. de pecul. leg. l. ult.
ff. de don. l. ſi patronus.
ff. de re iudica. l. quidam contra.
C. de sentent. paſ. l. 2.
ff. de uerb. oblig. l. ſi conuenit. Rubrica, ſpeciale est.
ff. de act. & oblig. l. obligatio.
ff. de mag. con. l. 1. §. ſi inter.
ff. de re iudic. l. neque pignus. §. priuatorum. & l. nec ex prætorio.
C. de Epiſc. & cler. l. ſi quis in conſcrib. & aut. generaliter.
C. de pact. l. ult. & pen.
C. de fideiuſſ. l. iure nostro.
C. de temp. & rep. l. ult. §. ult.
ff. de min. l. ſi iudex circumuento.
ff. de ædil. edict. l. quare. §. ſi uenditor.
ff. de recept. arb. l. diem. §. ſi quis litigato.
ff. ad Vell. l. ſi mulier.
ff. de uerb. ſignif. l. in itinere.
ff. de don. inter uir. & uxor. l. ſi ſponſus. & l. ſi uxor.
ff. de no. op. nunc. l. 1. §. potest.

Pactis priuatorum, &c.] Si uocas publicum utilitate & auctoritate, ſine dubio non potest legi. ut C. ne inſ. uel reliquis. l. 1. & 2. & ff. de pact. l. inter. Si uero auctoritate tantum, & non utilitate uocas publicũ. nam

nam & illud publicum appellatur. ut in Instit. de excus. tut. prima Rubrica. distingue utrum utilitate renunciantis tãtum, an communi utilitate sit statutũ, si fauore renũciantis tantũ, uel utilitate, id est, dicentis tunc, siue de priuilegio quis habet beneficiũ, siue de publico iure. Si aliquod ius ex aliquo contractu competat, renunciare potest: nisi in casibus, qui notantur in C. de pact l. pen. ut probatur in C. de pact. per tot. tit. & in ff. de transi. in C. & ff. de nouat. & accept. in C. & ff. Et ita intelligitur contraria Rub. Si uerò cõmuni utilitate aliquid statuat, non licet alicui renunciare ei iuri, uel pacto immutare. ut ff. de admi. tut. l. quidã decedens. & de oper. liber. l. cerdonẽ. & de iur. iur. prop. cal. da. l. 2. §. sed quia. Et ita intelligitur hæc Rubrica, & secundum hanc eandem distinctionem intelliguntur sequentes duæ Rubr.

ADIECTIO.

Hæc distinctio potest reprobari per l. quæ est ff. de feriis & dila. l. 1. §. 1. Vnde credo fore distinguendum, an contineat præceptum uel prohibitiones, an permissionem. quod est dicere, aut consistit in præcepto, uel prohibitione: & tunc non est licitum renunciare. aut in permissionibus: & ideo licet. uel, ita ius quoddam est generale: & tum licet alicui* renunciare. ut ff. de postu. l. quos prohibet. Speciale, odio fauore ue indultum: & tunc licet, maximè cum in fauore.

* al. remittere.

Quod fauore alicuius inductum est, ad eius iniuriam retorqueri non debet.

C. de rei ux. act. l. rem in præsenti.
C. de legib. l. quod fauore.
ff. de transi. l. cum hi. §. ea.

ff. de Carb. edict. l. 3. §. duæ.
C. de fid. instrum. l. plures.
ff. de pericul. rei uend. l. si uina.
ff. locat. l. sed addes. §. si dominus ea lege.
C. de quæst. l. pridem.

Hîc multa assignantur contraria. primùm, ff. de transl. l. cum hi. §. ea. sed illud non contingit, quòd eius fauore sit factum, sed quia acida & mucida non erant in obligatione deducta: & per hoc fuit ius cõmune, non priuilegium, secundum assignatum, ff. quod quis. iur. l. 1. sed ibi ad postulationem fuit datum, hîc mera liberalitate indultum. arg. C. de petit. bon. sub. & ff. quod quisq. iur. l. 3. Tertium est Instit. de aucto. tut. §. neque tamen. sed certè aduersari poterat ibi incisè, ut ibi dicit, uel saltem inutilibus sumptibus fuit uexatus. ut ff. de mino. l. minori. Item contrà, ff. de iur. aur. annul. l. 2. sed ideo illud contingit, quòd impetrando ius illud, tali priuilegio uidetur renunciare. Imò melius non priuilegium erat in libertis, sed patronis tantum. Item contrà, C. de Iud. l. die sabbati.

ADIECTIO.

Solutio. Vt omnibus dem unam generalem solutionem, uerum est: quia quod fauore, &c. nec fallit regula illa, nisi constitutio ultrà processerit, sicut in illa C. de Iudę. l. die sabbati. facit C. de quęstionibus. l. pridem contrà. sed illud contingit ratione perplexitatis, quia pro eo non posset torqueri. quin & contra eum torqueretur, quia omnem ueritatem debet docere. Cætera, quæ uidentur contraria, solue prout latius notaui in d. l. quod fauore. C. de legibus & Senatusconsult. & ff. eod. l. nulla.

Vbi plenè dixi, & contraria solui.

Formæ

Formæ iuris prætorij per pactum non derogatur.

C. *ut in poss. leg. scien.*
ff. *de uerb. oblig. l. in conuentionibus.*
ff. *de postul. l. quos prohibet.*
ff. *de op. libe. l. cerdonem.*

Nec formæ iuris ciuilis.

ff. *ad l. Falcid. l. quod de bonis. §. 1.*
ff. *de don. l. si patronus.*
C. *de quæstion. l. seruos.*
ff. *de procur. l. filius. §. miles.*

Formæ iuris prætor. &c.] Hæc Rubrica, cum seq. suprà proxima Rubrica est posita.

Pacta contra naturam actionis ualere.

ff. *de pact. dot. l. si mulier.*
C. *commodati. l. 1.*

Ex his duabus legibus habes, ex deposito & locato dominium transire.

ff. *de pos. l. Lucius Titius.*
ff. *locati. l. ex in naue Saupheij. §. 1.*
C. *de pig. act. l. quæ fortuitis. & l. pignus.*
ff. *de pact. l. iuris gentium. §. sed cum nulla.*
ff. *de præscr. uerb. l. naturalis. §. sed si facio.*

Contrà.

In Decret. 30. q. 2. *solent.*
ff. *de pact. dot. ab. res. §. ult. l. 2. & l. Pomponius.*
ff. *pro socio. l. adeò.*
ff. *de precario. l. cum precarium.*

Pacta contra naturam act. &c. & contrà.] Certum

est, singulares actiones proprias sortiri naturas, & certa & designata in eis uenire, quæ per pacta augentur & diminuuntur: puta, in contractibus non præstantur casus fortuiti. Ex pacto aliud dici potest. ut C. com. l. 1. id' que in culpa assignari potest. ut ff. de possess. l. 1. §. si conuenit. & §. sæpe. Illud etiam accidit, quod natura depositi est, item locationis, ut remaneat dominium penes deponentem & locatorem suum. si tamen aliter inter contrahentes conueniat, ratum erit. ut ff. depos. l. Lucius & loca. l. in nauem. Hoc regulare est: fallit autem, quoties contra publicam utilitatem pactum interponitur: ut in non restituenda dote. ut ff. de pact. dot. l. 2. uel restituenda dicitur aliter quàm præcipiat lex. ut ff. de pact. dot. l. de die. nam & publ. interest, &c. ut ff. solut. matr. l. 1. Item fallit propter summam captionem uitandam, ne socij hæres prorsus inutilis in societatem succedat. ut ff. pro socio. l. adeò. & ff. de aur. & arg. leg. l. si uxori mundus. Item fallit in precario. ut ff. de precario. l. cum precario. fortè ideo, quia cum unum speciale inducatur pro eo quod precario rogauit, l. scilicet. ne teneatur, nisi de dolo, & lata culpa: licet sua gratia tantum accipiat, quod aliàs reperitur falsum. consentaneum fuit, aliud contra eum induci, scilicet ut possit quandocunque reuocari. ut ff. de precario. l. quęsitum. §. illud. & t. commo. l. si ut certo. §. 1. & §. interdictum. l. in reb. commo.

ADIECTIO.

Valet hæc Rubrica, an partes testium iusiurandũ possint remittere.

Vtriusq; partis consensu aliquid de iure relaxari.

C. de testa. l. si non speciali.

C. de

C.de epiſc.& cler.Autent.generaliter.
In Auten.ut clerici.l.apud propr.ep.§.1.
In Aute de teſt.§.quoniam uerò legem.
ff.de feriis.l.1.§.1.§.ſi feriæ.
ff.de in ius uoc.l.quamuis.§.ult.
ff.de procur.l.filius.§.miles.
ff.de re iudic.l.ſi conuenit.
ff.ad S.C.Turpill.l.ult.§.item.
In Lombar.de ijs qui falſam cartam.l.2.
C.de temp.& re.app.l.ult.in fin.
C.de iur.iur.prop.cal.l.2.§.ſed quia ueremur.

Vtriuſque partis conſenſ.&c.] Hæc Rubrica exponenda eſt ſecundum diſtinctionem, quam feci ſuprà eo.pactis priuatorum, &c.Et ut in ſimili notaui, C.de iur.iur.pro.cal.l.2.§.ſed quia ueremur.

Ex nudo pacto utilis competit actio.

ff.de pact.dot.l.inter ſocerum.§.conuenit.

Contrà.

C.de pact.l.legem.

Ex nudo pacto,&c.] Generale eſt,ex nudo pacto actionem non naſci: ut C. de pact. l. legem. fallit tamen in caſibus, in conſtituta pecunia, in donatione,in dotis pollicitatione,& in uſura nautica ciuitati promiſſa,& acceſsione frumenti.ut Inſtitut.de act. §.de pecunia. C. de donation. l. ſi quis argentum. §. ſin autem.& de dotis promiſsione.l.ad exactionem. ff.de uſuris.l.etiam.& de naut.fœn.l.periculi.§.ult. & C. de uſur. frumenti.item ex pacto quo quid promittitur ciuitati ob honorem decretum uel decernendum. aliàs enim non parit actionem.Nudum enim eſt pactum,quod nec re, nec rei interuentu,nec

uerbis, nec literis, nec consensu, nec contractus cohærentia est uestitum. Et de hoc dixi in d. §. de pecunia.

ADIECTIO.

Vestitur enim pactum prædictis sex modis: id est re, ut in mutuo. ut Institut. quibus modis re contrahat. in princ. & per totũ. uerbis, ut in stipulatione. Institut. de uerb. oblig. in prin. literis, ut cum quis scripsit se debere pecuniam, & post biennium in chirographo. Institut. de lit. oblig. in princ. consensu, ut in uenditione. Institut. de oblig. ex consens. rei cohærentia, ut si pactum fiat in continenti. ff. de pact. l. iurisg. §. quinimò. rei interuentu. ut in do ut des, facio ut facias, facio ut des, do ut facias. ut d. t. de pac. l. iurisg. §. sed & si in alium. Et latè notaui in d. §. quinimò, in princ. Causa.

Lex, pactum, seu conuentio, sunt synonyma.

ff. de act. empt. l. si per emptorem. §. quòd si fundum. & l. si mercedem. §. si habitatoribus.
ff. commu. de seru. præd. urb. & rust. l. 2.
ff. locat. l. ea lege.
ff. de reg. iur. l. contractus.
ff. depos. l. 1. §. si conueniatur.

Lex, &c.] Quid propriè sit lex, dicitur ff. de leg. l. 1. & 2. & Institut. de iur. nat. §. lex. sed impropriè ponitur quãdoq; pro quolibet legitimo pacto, eo quòd ut lex debet seruari. ut C. pro socio. l. pen. ff. pro socio. l. ult.

Ex pacto non agitur præcisè ut quid fiat uel detur, sed ad interesse.

ff. de hæred. uend. l. 2.

ff. de

ff. de act. empt. l. 1.

Contrà.

C. de præscript. uerb. l. cum præ. & l. quoniam. 18. q. 2. Eleutherius.

Ex pacto, &c.] Solutio. Præcisè ad actionem uel factum agi potest, secundum quod petitori placeat, nisi iusta causa interueniat. ff. de nou. op. nunc. l. stipulatio. §. siue autem. de aq. pluu. arcend. l. si tertius. §. officium. & de procur. l. sed & hæc. §. defendere. & l. filius familiâs. §. ultimo. & ita de facto consulti Bononiæ omnes Doctores responderunt. Excipitur in casibus, in quibus lex dat facultatem reo liberandi se præstito interesse: ut in actione ex empto. ff. de act. empt. l. 1. quanquam Marc. & Aldericus ibidem contradicant. Et hoc si res uel factum sit in obligatione. quandoque enim solum interesse est in obligatione: ut si agatur acti. præscript. uerbis, ex innominato contractu. ff. de rerum permutatione. l. 1. & 2. in fine. & hanc solutionem innuit lex, ff. de rei uend. l. qui restituere.

ADIECTIO.

Est differentia, an factum uel datum sit in obligatione. Vbi datum est post moram, non succedit obligatio ad interesse. ff. de uerb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. Item alia differentia, ff. de uerb. oblig. l. continuus. §. ult.

Non potest remitti pacto ius ei competens.

Sed neque dignitatis imperium quis amittit, à se abdicando. ut ff. de off. præs. l. legatus. C. de liber.

cauſ.l.nec ſi uolens. C. de duobus re. Auten.hoc ita. C. de theſau. l. 1. libr.10. ff.de teſtament.l. qui in poteſtate.

ff.de precario.l.cum precario.
ff.de diſtract pig.l.ſi creditor.§.ult.
ff.de uſufruct.l.ſed etſi.in fin.

Non poteſt remitti pacto,&c.] Ius quidem competens pacto remitti poteſt, uel non: ut plenè dictum eſt in illa Rubrica, Pactis priuatorum, &c. nec obſtat quod legitur C.de duobus reis. Aut. hæc ita, quia ibi non uitiat talem conuentionem, ſi unus ex reis renunciet illi beneficio, ut pro parte in ſe detur actio,unde tenebit. Ita non obſtat quod legitur ff. de uſufruct.l.ſed etſi quid.& §.ultimo. quod enim dicit, non conſentiente fructuario imponere poteſt, uerum eſt,niſi conſentiat,ut durat uſusfruct ut ſi dicat: conſentio,ſaluo iure meo.ff. quibus modis pig. uel hyp. ſoluitur.l.ſi debitor. §. ſi uendendo. quod autem legitur de precario,cum precarium,ſolutum eſt ſuprà in Rubrica, pactum quod contra naturam, &c. quod legitur ff. de teſtamentis. l. qui in poteſtate. ſolutum eſt ſuprà de pactis priuator. &c. Nam,ut dixi, ſtatutum eſt de bono publico & iure. ff. eodem. l 3. Item non obſtat quod legitur C. de lib. cauſ. nec ſi uelit: quia nullum ibi fuit pactum, ſed ſola ſcriptura: uel quia fauor libertatis. ibi illud ſpeciale eſt, & contra regulam communem: quia licet theſaurum in meo quærere poſſum, aliſi tamen id concedere non poſſum. C. de theſaur. l.1.Similiter ff de ſolut.l.fugitiuus ſeruus. & ſic ff. de u & ui armat. l. cum fundus.

Obeſt

Obest mihi pactum, de iure competitiuo factum.

ff. de pact. dot. l. cum dos. & l. Atticilinus Proculo suo salutem §. cum inter.
ff. de pact. l. & hæredi. §. filiafamiliâs.
ff. de don. l. quidam. §. donationem. & l. fin. in fi.
C. de pact. l. 1.
ff. quib. app. non licet l. 1. §. si quis ante.
ff. de acceptil. l. an mutilis. in princ. & §. fin.
ff. de minor. l. 3. §. si quid minori.

Contrà.

ff. de acquir. hæred. l. is qui hæres & l. is qui putat. & l. qui patri.
ff. de leg. 2. l. si ita sit scriptum. §. si sub conditione.
ff. de op. leg. l. homine legato.
ff. de donat. l. si pater.
ff. ad leg. Falcid. l. quod de bonis.
ff. de reg. iur. l. qui potest. §. quod quis.
ff. quorum legat. l. 1. §. quod ait prætor.
C. de colla. l. pactum.
C. de inoffic. test. l. si quando. §. ult.
ff. de pact. dotal. l. 2.
ff. de pact. l. si unus. §. pacta.
ff. de act. empt. l. si quis seruum.
ff. solut. matr. l. alia. §. 2.
C. de pact. l. 1.

Obest mihi pactum, &c.] Illud certũ esse debet, non solùm præsentia, sed etiam futura iura pactis posse remitti & concedi. C. de donat. l. sponsus. ff. de pact. l. & hęredi. §. filiamfamiliâs. C. de pactis. l. 1. ff. de minor. uigintiquinq; annis. l. 3. §. si quis mi. Et ita intelligitur hoc generale. aliud autem est in repudiatione. nam repudiamus ea tantum, quæ si uellemus

quærere,possemus.ff.de re iud.l.qui potest.§.1. Et est ratio,quia pactum nititur uoluntate &obligatione, repudiatio non unius tantum uoluntati,& nulla nititur obligatione.& ita soluuntur pleræq; leges contrariæ Rubricæ:scilicet illa quæ est ff.quorum legatorum.l.1.§.quod ait prætor. & ff.de acquir.hæred. l.is qui.& de leg.2.l.si ita.§.si sub conditione.& de opt.legat.l.hominem. Pactis remitti posse dixi, legitimis non improbatis aliqua speciali ratione.& ita soluũtur contraria.ff.solut.matr.l.alia.§.2.& de pact.l.si unus.§.pacta.& in tit.C.de inoffic.testa. l.si quando.§. 1.& ff.de pact.dotal.l.2.

ADIECTIO.

Hæc solutio reprobatur per legem ff.à quib.appell.non licet.l.1.§.si quis ante. Sed illud ideo: quia quod sequitur legitimum factum,est & obligat,scilicet sententia,uel propter autoritatē rei iud.uel propter odium litium. Causa.

Pactum de futura successione ualet.

C.de pact.l.licet.l.ult.
ff.de hæred.uel act.uend.l.2.§.ult.
ff.de act.empt.l.si qui seruum.
ff.pro socio.l.3.§.de illo.
ff.ad Trebell.l.ex facto.
ff.de hæred.instit.l.quidam cum filiumfamiliâs.

Contrà.

C.de pact.l.ultima.
C.de donat.inter uir.& ux.l si ex uoluntate.
ff.de dona.l.quidam.§.1.& l.si pater.
ff.ad l.Falcid.l.quod de bonis.

Pactum de futura,&c.] Pactum de futura successione, improbatur ob improbabile uotum captandæ mortis alienæ, ut C.de inut.stip. l.ex eo. Excipitur,

tur, nisi ille consentiat, de cuius successione agitur. C. de pact. l. ulti. Est autem pactum de futura successione, quando quis de sua hæreditate tota, uel quota eius portione, uel duo de hæreditate eius, purè uel sub conditione paciscũtur, ut succedant, uel nõ succedant. C. de inoff. testa. l. si quando. §. illud. & C. de colla. l. pactum. Et est hoc notandum: quia licet alij consentire possim, non tamen ego de mea hæreditate paciscor. ut C. de pact. dot. l. hæreditas. secus si promitto me daturum cum moriar. ut act. C. ob hæred. uel contra hæred. l. 1. quia non id agitur per pactum, ut mihi succedas. est tamen circa hoc distinguendum, utrum de hominis certi hæreditate duo paciscantur, an incerti. Si de incerti, tenet ff. pro socio. l. 3. §. de illo. Si de certi, siquidem hoc agatur ut succedat, non tenet, ut dictum est. Si uerò id agatur, ut unus alteri, quod ad se peruenerit, restituat, tenet ff. de act. empt. l. si quis seruum.

Pactum pro traditione accipitur.

C. si quis alteri uel sibi. l. 2.
C. de acquir. possess. l. 1.
C. de iure dot. l. profectitia. in prin.
ff. si seruit. uend. l. si à te.
Instit. de rer. diuis. §. interdum.

Pactum pro traditione, &c.] Melius dixisset, Patientia pro traditione habetur, ut ex legibus subiectis apparet: tamen ita, si possessio uel proprietas sit penes patientem, alioquin licet habeat uenditor distrahendi & alienandi potestatem, fortè non transferret proprietatem: quia necessaria est inductio in possessionem. C. de distra. pig. l. qui prædium.

Periculum ex pacto suscipi potest.

C. commod. l. 1.

C. de

C. de pignor. act. l. quæ fortuitis.
ff. locat. l. item quæritur. §. si gemma. & l. si quis demum. & §. si colonis. & §. si quis uitulos.
ff. commod. l. si ut certo. §. nunc uidendum. & §. commodatum autem.
ff. de pact. l. iurisgen. §. si paciscar. & §. sed & si quis.
ff. de reg. iur. l. contractus.
ff. mandati. l. & Aristoni.
ff. depos. l. 1. §. sæpe.
C. de annal. except. l. ult.
ff. de contrahend. empt. l. fistulas. §. ult.

Contrà.

ff. si quis caution. l. sed & si. §. quæsitum. & §. ult.
ff. commun. præd. l. in tradendis.
ff. de acquir. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum.
ff. de ritu nupt. l. generali mandato.
ff. de pœnis. l. moris est.
ff. de falsis. l. 1. §. item. & §. is qui.
ff. de usur. l. quod in stipulatione.
ff. loca. l. si merces.
ff. de arb. l. si ita. §. si die.
ff. de transact. l. cum hi. §. qui transf.

Periculum ex pacto, &c.] Casus fortuiti periculũ, pacto speciali, casibus nominatim expressis recipi potest. generale uerò pactum non proficit, quo magis de fortuito casu nõ teneatur. ff. si quis caut. l. sed & si quis. §. quæritur. plus enim debet operari specialis casuum nominatio & exceptio, quàm generalis: ut in contraria Rubrica continetur. Si uerò per pactum quis se uelit obligare ad omnem rei diligentiam & culpam, etiam generale proficiet pactum. & ita intelliguntur l. contrariæ Rubricæ. ut ff. cõmod. l. sicut. §. commodatum & depos. l. 1. §. sæpe. Et hoc secundum B. M. cõtra naturã idẽ in casibus fortuitis, quod

quod in culpa dicebat. ut plenè notaui in d.l.sed & si quis.§.quæsitum.

Licitum est specialiter, quod non licet generaliter.

ff.commun.diuid.l.in hoc.§.si conueniat.
ff.de pact.l.si unus.§.illud.

Renunciationem uim pacti obtinere.

ff.de min.l.destitisse.
ff.ad Turpil.l.destitisse.& l. qui destitit.
ff.de iud.l.destitisse.
ff.de accus.l.hi tamen.
C.de pact.l.postquam.
C.qui accus.non possunt.l.accusationem.
ff.de min.in integ.rest.l.si inter.r.

Renunciationem,&c.] Sed hoc aliquando uerũ est,scilicet ad ea quæ in ll.subiectis continentur: nõ autem simpliciter uerum est. ut dixi suprà eodem. Rubrica,Obest mihi pactum.

Pacta turpia non debent seruari.

ff.de in ius uoc.l.adoptiuum patrem.
C.de pact.l.pacta.
ff.de pact.l.si unus.§.pacta.
ff.de uerb.ob.l.stipulatio hoc modo.
C.de inutil. stipul.l.2.

Pacta turpia,&c.] Si pactum turpe cõtineat id dari uel fieri,quod lex improbat,ipso iure nullum est. ff.de uerb.obl.l.generaliter.Si uerò nõ sit turpe, turpiter tamen sit cõceptum:puta, promisisti mihi per metum,quod dares decẽ: dare quidem non est turpe,sed quia turpiter concepta est stipulatio,nascitur actio,si elidítur per exceptionem. C.de inutil.stipul. l.dolo uel metu.

Pactum

Pactum unius uel stipulatio, alteri prodest.

C. de pact. l. deb.
C. de transact. l. 1. & l. transact. placitum.
C. per quas perso. l. 1.
C. de iur. dot. l. si genero.
C. res inter alia facta. l. si cum fratre.
C. de inutil. stip. l. si cum. & l. ult. inter.
C. de don. l. cum res.
C. de reb. cred. l. nec filius.
Instit. de inutil. stip. §. si quis alij.
ff. de pact. l. si tibi. §. si pactus. & l. hæredi. §. nos autem.
ff. de pact. dot. l. inter. §. cum per se filia.
ff. de op. no. nunc. l. de pupillo. §. si plurium.

Contrà.

1. quæst. 5. quicunq;.
ff. de pact. l. si unus.

Pactum unius, &c.] Hoc regulare est. ut ff. de reg. iur. l. quoties. §. ult. Fallit tamen in casibus l. nominatis. ut ff. solut. matr. l. Caius. & C. ad exhib. l. si res. & notatur infrà eod. quot modis, &c. hoc secundũ B. M. uerò ex æquitate suí cordis dicebat dari utilem actionem, ex pacto alterius.

Quando quis facit quod conuenit ne faceret, non uidetur contra pactum facere.

ff. locat. l. quæro. §. item locatorem.
ff. quæ res pig. obl. possunt. l. Aristo. §. 1.
ff. de uerb. oblig. l. qui Romæ. §. cohæredes.

Quando quis facit, &c.] Generale quidem est, legitima pacta seruari. ut ff. de pact. l. iurisgentium. §. prætor. sed quandoq; contrarium est: ut in legibus subiectis

subiectis apparet. Et quare? quia uidentur inesse tacitæ conditiones: ut in eisdem continetur. Vnde uerius dici potest, pacta seruari propter tacitam conditionem quæ inest. ff. locat. l. quæro. §. inter. uel quia ex persona alterius quis nititur. ut ff. quæ res pign. l. Aristo. §. 1. uel quia per eum qui debuit facere, non stat. ut ff. de uerb. oblig. l. qui Romæ. §. cohęredes. uel quia turpe continetur in stipulatione. ut C. de inutil. stip. l. 2. Et ita intelligitur Rubricæ allegatio.

DE STIPVLATIONIBVS, SEV OBLIgationibus.

RVBRICA XIIII.

Obligatus pro alio, antequam soluat, agere potest.

27. quæst. 1. de notari.
ff.de iur.dot.l.cum in fundo.
ff.de leg.1.l.legatarius.
ff.de uerb.oblig.l.eadem.§.Caio.

Cum quis in alterius,&c.] Quod dicitur in personis,potest dici in rebus.arg.eius quod legit in ff. de don.inter uir.& uxor.l.si donante.§.si sponsus.signari tamen potest contrà.ff.de iur.dot.cum in fundo.§.si fundus communis.sed dicitur idem statui, ut ualeat quod succedit, nõ ut taliter primũ ualeat.

ADIECTIO.

Vel distinguitur, cum aliquid in alterius locum subrogatur.sic hoc fuit de uolũtate eorum, ad quos res spectat, idem censetur in utroq; : si non, diuersum censetur. Causa.

Idem in actionibus,cum una alteri substituitur.

ff.de leg.& fideicomm.l.1.§.si quis sub.
ff.si quis caut.l.si eum.§.qui iniuriam.
ff.de donat.l.qui quod.
ff.de usufr.l.si stipulatus.
ff.rem rat.hab.l.ult.
ff.de seru.corrupt.l.hac.§ sed.
ff.de priuileg.cred.l.2.

Contrà

Contrà, ff. de neg. gest. l. diuortio.
ff. de pet. hæred. item ueniunt. §. cum præ.
ff. de pecul. l. 3. §. idem scribit.

Qui semel est hæres, non desinit esse hæres.

ff. de minor. l. ait prætor. §. sed quod Pap. 3. de act. Rubr. ex quo semel.
ff. de uulg. & pupill. sub. l. ex facto. §. ult.
ff. de hær. instit. l. ei qui soluere.

Imò desinit.

In Instit. de hær. quæ ab intest. §. per contract.
ff. de pet. hæred. l. per seruum.

Qui semel est hæres, &c.] Regulare est, qui semel extitit hæres: ut hîc dicitur. Fallit autem per querelam inoff. testam. item si scriptus hæres reducatur in seruitutem. ut ff. de uulg. & pupill. sub. l. ex facto. §. Iul. & l. in substit. Substitutus admittitur, si institutus fuerit restitutus.

ff. de minor. 25. ann. l. ait. §. sed quod.

Sunt & alij casus, quos Io. assignauit, in quadam sua gloss. ibidem.

Item nota, quòd uulg. subst. non expirat ab adita hæreditate.

ff. de minor. 25. ann. §. sed quod.
In Auth. coll. 1. constitutione 1.

Sed Alb. dicit casus illos speciales. sed nos dicimus esse generales, ut ex restitutione reuiuiscat substitutio.

Aliquando quis re sola sua, aliquando nomine solo dicitur hæres.

ff. de bon. lib. l. si necesse. in fin. & l. si ex. circa finem. in seruis. si quis bonorum liber.

C. de

C.de inoffic.test.l.si precibus.

Aliquando quis re sola.

Hoc est nota, non generale, ut & sequens.

Vna persona defuncti & hæredis dicitur.

In Auth.de iureiur.amo.

Per defunctum hæres potest, quod per se non potest.

ff.de lib.caus.l.si seruus quem.

Si priuilegiatus succedit priuato, utetur iure priuati.

ff.de instit.act.l.sed & si.l.si eius man.§.si pu.
ff.de iud.l.hæres sed bis.cum suis concordantijs.
ff.de usur.l.cum quidam.§.fiscus.
ff.quib.ex caus.in poss.eat.apud iud.
ff.de fund.dotal.l.si fundus.
Contrà, ff.de in integ.rest.l.non solum.§.ult.
Contrà, ff.de acquir.hær.l.si quis bo.§.ult.
ff.ad Trebell.l.Marcellus.§.ult.cum suis concordantijs.

Si priuilegiatus, &c.] Hæc Rubrica intelligenda est pro tempore præterito. nam in futuro est aliud. ut suprà in illa Rubr.l.cum hæres.

Personale priuilegium non transit.

ff.de admin.tut.l.ex pluribus.
ff.ex quib.caus.maio.l.ex his.& l.1.
ff.de minor.25.ann.l.quòd si minor.

Qui in residuo hæres instituitur, totum habet, si alter non cæperit.

C.de hæred.instit.l.2.

C.de

C.de teſta.l.hac.§. eximperfecto.
ff.de opt.leg.l.cum optio.
ff.de fideicommiſſ.l.amiſsi.
ff.de uerb.ſign.l.poteſt.

Qui ex reſiduo,&c.] Hæc Rubrica eſt pro nota, non generale.uidetur recipere exceptionem: ſcilicet cùm aſſe completo,ex reliquo quis inſtituitur. ut ff. de hæred.inſtit.item quod §.ſi ex aſſe.

Hæreditas domini loco,uel dominæ habetur.

C.depoſ.l.cum hæreditas.
ff.ad l.Aquil.l.liber homo.§.fi.
ff.de inter.act.l.ſed an.
ff.de acquir.rer.dom.hæreditas.
ff.quod ui aut clàm.l.deniq;.§.quæſitum.

Hæreditas loco,&c.] Id eſt,uice defuncti. hoc eſt quod in ſequenti Rub.continetur,Hæreditas uicem perſonæ,&c.habet quidem loco domini, ad plura: ſed excipiuntur,in quibus factum perſonæ per ſubſtantiam deſideratur.ut in ſequenti Rubr.hæreditas perſonam defuncti ſuſtinet, hæredis aũt ſubſtantiã non ſuſtinet in aliquo caſu, licet id dicatur in proxima Rubrica.nec obſtat quod legitur ff.de nouat. l.nouatio.quod enim dicit,Sed tranſit ad hęredem: ſubaudi,eius defuncti,cuius defuncti perſona,&c.

Hæreditas hæredis perſonam ſuſtinet.

ff. de uſuc.l.hæres.
ff.de ſtip.ſeru.uſufr.
ff.de nouat.nouatio.

Hæreditas perſonam defuncti ſuſtinet.

In Inſtit.de ſtip.ſeru.in prin.
ff.de hær.inſtit.l.non minus.

ff.de

ff. de leg. 1. l. legant. §. si seruo.
ff. de acquir. domin. l. hæreditas.

Quo ad hæreditatem uel institutionem.

In Instit. de hær. instit. §. alienus.

Quo ad legatum.

ff. de leg. 2. l. si tibi & mihi.

Hæreditas fungitur uice personæ.

ff. de fideiuss. mortuo.

Quædam habentur successionis iure, quæ aliàs non habentur.

ff. de acquir. rer. dom. quendam.
ff. de decurio. l. qui.
ff. de usur. l. cum quidam. §. fiscus.
ff. de re milita. l. milites.
ff. de inoffic. test. l. filijs. in fin.
ff. ad l. Corn. de fals. l. 1. §. pen.

Quædam habentur successionis iure, &c.] Licet quædam habere non possit hæres ex titulo singulari, habere tamen potest ex titulo uniuersali. ut ff. de acquir. rer. dom. l. quædam. & de fund. dota. l. 1. ut in hac Rubrica continetur. & sunt specialia, sicut ex uerbis ipsarum legum apparet. sic enim dicit, quædam. unde apparet, aliud in cæteris censendum.

DE SENTENTIIS

RVBRICA XXVI.

Ex sententia sit ius.

C. de iud. l. sub spe. & l. 1.
ff. de stat. hom. ingenuum.

ff. de

ff. de inofficioso testamento. l. Pap. §. ultimo. qui repu. §. eum qui.
ff. de lib. cauſ. l. diui.
ff. de re iud. l. poſt rem.
ff de lib. exhib. l. 1. §. in hoc.
ff. fam. erciſc. l. cum putarem.
ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. §. 1.
ff. de minor. 25. ann. l. minor. 25. ann. & l. de ætate.
ff. ad S. C. Turpil. l. ſeruo. §. cum præ.
ff. de iureiur. l. ſi iurauero.
ff. de lib. agnoſ. l. 1. §. ult.

Non fit.

Quia nec actio acquiritur.
ff. de pign. l. ſi ſupera. §. iuſiurandum.
C. de fid. inſtrum. l. 2.
C. de tranſact. l. ſi ex Fal.
ff. de feriis. l. 1.
ff. de colluſ. detegen. l. cum.
C. de re iud. l. 1.
C. ſi ex fal. inſtrum. l. 2.
ff. de iud. l. ſi poſt.
ff. de inoff. teſt. l. qui repu. §. cum contrà.
ff. de his qui ſui uel alieni iur. l. ſi iudex.
ff. de re iud. l. additione.
ff. de pign. l. ſi fundus. §. ſi plures.

Ex ſententia fit ius, &c.] Quod in hac Rubrica continetur, in tribus tantum caſibus recipiendum eſt, licet multo plures in Rubrica contineantur. Primò, in caſu inofficioſi teſtamenti. ut ff. de inofficioſo teſtamento. l. Pap. §. ſi ex cauſa. item in cauſa filiationis. ut ff. de lib. ag. l. 1. in fine. & l. 2. & 3. item in cauſa ingenuitatis. ut ff. de ſtat. homin. l. ingenuum. & de liber. cauſ. l. diui. §. primo. licet in hoc tertio caſu quidam diſſentiant. arg. eius quod legitur, ut ff.

ut ff.si lib.ing.esse dic.l.patronũ potest. Sed dic pro ingenuitate, id est, pro eo qui dicebatur ingenuus, sententiam fuisse latam: non quòd fuisset etiam ingenuus, sed quòd esset libertus actoris. uel dic, ibi collusionem interceſsisse. nam in hoc casu, & in alijs, ita demum fit cæteris præiudicium, si non interueniat collusio. ut per totum tit.de collus.detegenda.& de appella.si per collusorio.& ff.de leg.1.l.2.& l.seruus plurium. Caue tamen tibi, qualiter accipiatur, fit ius ex sententia. Verum est enim, ex qualibet sententia fieri ius inter partes, si tamen teneatur: scilicet quòd datur actio in factum, etiam si contra ius litigatoris sit lata. ut ff.suam sine appell.l.1.& ff.de iust.& iur.l.pen. licet sententia ex quibusdam causis in contraria Rubr.causa, & in alia positis, possit rescindi: uel quia dolus interceſsit, uel ætatis prætendi tur auxilium: uel quia falsa fuerunt instrumẽta, quibus est sententia lata. nam & eam dico ualere, licet rescindatur. ut ff.de re iudic.l.diuus.& de iud.si prætor.§.Mar. His autem casibus dicitur sententia facere ius, quia sententia accipitur pro lege scripta: ut sit ius, siue lex, generalis inter omnes: & ita hæc sententia inter omnes obtinet. Et sunt ista ualde specialia. alia enim non nocet inter alias. ut C.res inter alios ac.& l.quibus res iu.non nocet. per totum titu. Non nocet dico omnino: facit tamen quale quale præiudicium. ut ff.de appell.l.à sententia. & de re iudic.l.si duo.& de Carb.ed.l.Carbo.§.ibidem. Inter alios dixi ignorantes scientibus, & si non semper nocet, tamen quandoq; .ut ff.de re iudi.l.sæpe.§.sententia. aliquando ius facit inter omnes, ut etiam de similibus ad similia transeamus. ut ff.de ll.& con.l.Imperiales. aliquando inter omnes, sed tantum super re illa. ut ff.de stat. hom. l.ingenuum. aliquando inter agentes tantum ualet, ubi iudicium nullum.

ff.de

ff. de re iud. l. de qua re.

Sententia contra ius lata non tenet.

C. quando prouoc. non est necesse. l. præses.

Sententia semper in scriptis ferenda.

C. de sen. ex breuic. recip. l. 2.
In Auth. de man. l. prin. §. den.
I. ut cleric. ap. prop. e. circa prin.
In Auth. ut iudi. si quoq;. §. necesse.

Sententia mandatam adoptionem nullam aliquando esse, si Imperator eam confirmauit.

Ex emptis nunquam iudicatur.

ff. de bon. dam. l. ult. §. si quis.

Sæpe sententia rei, non personæ datur: & tunc res inter alios acta, aliis prodest, uel non nocet.

ff. de neg. gest. l. liberto. §. ult.

Sed in possessionem missio sæpe fit realiter.

ff. de reb. aut. iud. poss. l. cum unus.

Si conuentus post litem cœpit teneri condemnator.

ff. de pet. hæred. l. si hæreditatem.
ff. de except. rei iud. l. si à te.
ff. de iud. l. non potest.

*Si actor post litem contest. cœpit ius habere, *habendo obtinebit.*

* al. agendo.

ff. de pet. hæred. l. quod si in diem.
ff. de pign. act. l. si rem. §. ult.

Solutum ex causa iudicati repetitur.

ff. de iud. sententia. l. fullo.
ff. commod. l. rem mihi.
ff. de re iud. l. diuus.
ff. de procurat. l. licet.
C. de reb. cred. l. ult.
C. de aduoc. diuer. iud. l. 1. §. si patronos.
ff. de don. inter uir. & uxo. l. si sponsus. §. si uxor.

Non repetitur.

ff. de dolo. l. si dolo ac.
C. de cond. indeb. l. 1.
C. de compen. l. ex communi.
C. de re iud. l. sub specie.
C. quando prouoc. non est necess. l. 2.
ff. de stat. hom. l. ingenuum.
ff. de re iud. l. de qua re. §. cum ab. & l. posse.
ff. fam. ercisc. l. cum putarem.
ff. mand. l. si fide. §. in omnibus. & l. sicut. in fin.
ff. de bon. lib. l. si patronus. §. si quis omnes.
ff. de lib. ag. l. 1. §. in hoc.
ff. ad Trebell. l. seruo. cum prætor.
C. de aduo. diu. iud. l. 1.

Solutum ex causa iudicati repetitur.] Solutum ex causa iudicati repeti non potest, ut in contraria Rubrica continetur. fallit tamen in quibusdam casibus, ut suprà diximus in proxima Rubrica. & possunt etiam alij in ista notari. ut C. de ad. diuer. iud. l. si patronum. & l. commodati. l. rem. & ff. de dona. inter uir. & uxorem. l. si sponsus. §. si uxor. Duæ autem primæ concordantiæ in hac Rubrica non faciunt ad rem. quia in primo non fuit ipso iure sententia. In secundo legitur in iureiurando, non in sententia. Item illud dici potest, non dari repetitionem inde-

indebiti in aliquo casu. ut ff. de condit. indeb. l. 1. & 2. & in hac Rubrica continetur. dàtur autem condictio sine causa. ut ff. de cond. sin. caus. admiculo. ut in hac Rub. continetur.

Aduersus sententiam datur actio.

C. de procur. l. licet.
C. si ex fal. instrument. iu. fuer.
ff. de donat. l. cum à te.
ff. si ser. uend. l. si de communi.
ff. de except. rei iud. l. 2. l. si à te.
ff. de appell. l. si expreßis.

Non datur.

ff. qui satisd. cog. l. si decess.
ff. de iud. l. si prætor.

Aduersus sententiam datur actio.] Non solùm ex causis notatis in superiori Rubrica alicui subuenitur ad actionem post sententiam, sed etiam ex aljs. ut ff. de donat. l. cum à te.

ADIECTIO.

Et t. si seruus uend. l. si de communi. aliàs nō. ut in contraria Rubr. continetur.

Exceptio post rem iudicatam obÿcitur.

C. de iur. & fact. ignor. l. 1.
C. de canonibus. l. inuitè.
C. de re iud. l. 1.
ff. ad Maced. l. tamen.
ff. de iud. l. de qua re. §. cum ab.
ff. de pign. l. si fundum. §. si plures.
ff. solut. matr. l. ex diuerso.
ff. de re iud. l. Nesennius. §. ult.
ff. de except. doli. l. qui agnitis.
ff. de except. dol. l. si procurator rei.

ff.de fideiuſſ.l fideiuſſores.
ff.de ritu nupt.l.palam.§.qui.
ff.ſi ſer.uend.l.ſicut autem.& l.ſi quis.
ff.de don.l.qui id.in princ.

Exceptio poſt rem iudicatam,&c.] Regulare eſt, ut dilatoria exceptio in principio tantũ debeat opponi.ut C.de probat. l. exceptionem. peremptoria uerò quandoq; ante ſententiam debet opponi. ut C. ſentent. reſcindi non poſſ. l. peremptorias. Fallit autem minoris ætatis fauore.ut in eadem l.continetur,& in ſequenti Rub.continetur. Item fallit priuilegio militis. ut C.de iur.& fact.ignor. l.1. Item in exceptione Maced. & Vell.ut ff.ad Maced.l.ult. tum alij.& ff.ad Vell.l.ſi non oppoſita. & in exceptione, quam habet fideiuſſor contra creditorem, ſi neceſſariæ fuerint ei actiones.ut ff.de fideiuſſ.l.fideiuſſor. idem in exceptione, quam habet quis ut condemnetur,in quantum facere poteſt. ut ff.de re iud.l.Neſennius.§.ult.Vel non opponitur poſt rem iudicatam exceptio,ac ſi ſola exceptio,ſcilicet ſine actione competat.Si uerò alicui competat actio poſt rem iudicatam,ut ſuprà diximus in proxima Rub.in eodẽ caſu competit exceptio.Nam cui damus actionẽ,&c. ut ff.de ſuperficieb.l.1.§.quod ait.

Aut reſtitutio tribuitur.

ff.de re iud.l.Diuus.
ff.de except.rei iud.l.ſi mater.

Aut reſtitutio,&c.] Hæc Rubrica ſuprà expoſita eſt,Except. poſt rem,&c.

Iudicium appellationis aliud eſt, quàm primum.

C.de iud.l.properandum.§.ſin autem.
C.de appell.l.eum qui.§.ſi quis autem.

C.de

C.de asser.toll.l.1.in fin.
ff.de iud.l.cum ab.& l.Falc.
C de iud.l.3.
ff.de inoffic.testam.l.si instituta.§.de inofficioso.

Non est aliud.

C.de procuratorib.l.inuitus.
ff.de iud.l.proponebatur.
In Decret.2.q.6.§.post secundum.
C.ne liceat in una.e.s.l.rescripta.
ff.de procur.l.qui proprio.item quæritur.
ff.mandati.l si procurator.§.igno.
ff.de appell.l.ex cre.§.ult.

Iudicium appellationis,&c.] In ueritate causa appellationis est alia à prima.ut arg.ll.quæ in hac Rubrica continentur, probari potest. Si enim eadem esset causa,ergo idem iudicium: & iudex posset ferre sententiam in appellationis iudicio, quod lex noluit.ut C.de appellat.l.eos.item secundum hoc centies appellari posset: quia iudicium appellationis secundæ,est idem cum primo. ergo sicut & post primum appellatur, ita & posthac.quod lex noluit. ut C.ne liceat in una, &c.l.1.& ita posset appellari in infinitum.item secundum hoc in causa appellationis, non licet alicui producere testes, si didicit testificatam in primo iudicio. quod lex noluit. in C.de tem.& reparat.l.per hanc. unde paret aliud esse iudicium. Nec obstat quod in contraria Rubrica continetur.quia licet sit aliud, dicitur tamen quandoque idem, propter litigatorum identitatem, rei & causæ ex qua formabatur petitio.ut ff.de exceptione rei iudic.l.cum quæritur. & l.an eadem.sed licet super alio sit quæstio, ratione identitatis agentis,& causæ.ut ff.de inofficioso testamento.circa.

ADIECTIO.

Sententia non appellatur, nisi quando executioni mandatur. ut in Authent. de sanct. episcopis. §. oeconomos. Et per hoc potest uideri, quòd cum aliàs intra decem dies sit appellandum, hîc post menses quatuor, qui omnibus condemnatis indulgentur, his non exceptis, & quodcũq; de supplicatione dicitur, in Auth. ut spon. lar. Causa.

Quod non ex prima agitur, sed ex secunda, (scilicet appellationis.)

ff. de his qui not. infam. furti.
ff. iudicatum solui. l. pen.
In Instit. quib. mod. test. infir. §. sed si quis.

Sententia pro parte ualet, pro parte non: uel ipso iure, uel per appellationem, uel per in integrum restitutionem.

C. de transl. si ex.
ff. de re iud. l. denuò.
ff. de minor. l. etiam. §. 1.
ff. de nouat. l. sancimus.
C. de incest. nuptijs. l. hac edictali.
In Decret. 12. q. 2. si quos.

Contrà.

C. de sententia & interloquutoria. l. præses.
C. de mod. mulc. l. 3.
ff. fam. erciscund. in hoc iudicio.
C. quando prouoc. non est necess. l. certè.

Sententia pro parte, &c.] Sententia autem in totum debet ualere, aut in nihilũ, ut in contraria Rub. continetur: ut tot sententias accipias, quot sunt capitula

pitula in ea.ut ff.de uerb.obl.l.quod dicitur. & de arbitr.quod tamen in uno capitulo aut in totum ualebit,aut in totum non ualebit.potest tamen in uno capitulo ualere uel rescindi,& in alio nõ.ut ff.de minor.25.ann.l.etiam.§.ex causa. & de re iud.l.denuò. uel dicas,quod non ualet ab initio pro parte, ualet tamẽ ex postfacto,ad instar eius quod dicitur, quia pro parte non potest decedere testatus & intestatus.

Ante sententiam appellatur.

ff.de appell.l.3.
ff.de appell.recip.uel non.l.2.

Contrà.

C.de iudic.l.apertissimi.
C.de senten.& interlo.l.ult.
C.de episc.audien.l.2.

Ante sententiam appellatur.] Regulare est,ut ante sententiã appellari non possit.ut C.quor.appell. non recip.l.ante sententiam.Dicũt quidam,hoc esse uerum in qualibet interloquutoria, quæ exequutioni mandatur ante diffinitiuam sententiam: ut in arbitrarijs actionibus,in quibus duæ feruntur sententiæ,quarum prima est interloquutoria,id est, secundum eos:nos contrà dicimus.dicimus enim, utrãq; esse diffinitiuam:excipitur tamen iudicium momẽtaneæ possessionis. quod etsi mandatur exequutioni,tamen ab eo nõ appellatur.ut C.de momen.possfur.& de appell.l.1.mihi tamen uidetur,propter quæstionem illicitè iussam haberi:quia graue quidẽ est, sine causa hominum corpora grauari, uel torqueri. aliud est in seruo.

Sententia à non competente iudice data,non tenet.

C.qui pro sua iur.dicunt.
C.ne de stat.defunct.l.si pater.

In Decret. 2.q.1.in primis.in fin.
ff.quod quisq; iur.l.1.§.hæc autem.
ff.de iureiur.l.tutor.
ff.de iniust.test.l.si quis ex.§.eius qui.in fin.
C.de pœnis.l.2.§.ult.
C.communia utriusq; iud.etiam.

Sententia à non competente iudice data, non tenet.] Hoc generale probatur per Rubricam specialem,in C.si non à competente iudice fu. uidetur tamen recipere exceptionem per artificialium.suprà. con.in libertatis quæstione.ut ff. de fideicomm.lib. l. non tantum. §.artificialium.in nihilum.& si in aliquo posset.ut C.de modo mulc.l.ult.C.quand. prouoc.non est necess. l.certa. ff.famil. erciscl.in hoc iudicio. Imò saltem in eo quod est sua iurisdictio.C.de donat.l.sancimus.ff.mand.l.2.& 3.

Sententia alternatiuè datur.

In Instit. de inoff.testam.in princip.

Sententia datur alternatiuè.] Verum est,sententiam posse dari alternatiuè, ubicunque duo sunt sub alternatione positi in obligatione, puta Stichũ aut Pamphilum:ubi autem duo non sunt in obligatione, sicut est in noxali iudicio. damni enim æstimatio in obligatione, est noxæ deditio, & ideo sub alternationem non debet proferri: imò damni existimationem tantum. ut ff.de reg.iur. l. miles. §.his qui.Nec obstat quod legitur in Instit. de offic.iudic. circa princip. nam illa uerba,aut noxæ, non sunt de uerbis sententiæ:& subaudias,quasi dicat:debet damnari in decem,aut debet noxæ dedere.

Sententia sub conditione profertur.

ff.qu.& inter quæ temp.l.1.§.biduum.
In Decret.dist.33.habuisse.

Senten-

Sententia sub conditione, &c.] Sententia non debet sub conditione proferri. contra ius litigatoris lata non tenet: ut in proxima Rubrica continetur.

Sententia etiam iniustè lata, ueritati præiudicat.

ff. de lib. exhib. l. 1. §. in hoc.
ff. ad Treb. l. seruo. §. cum præ.

Sententia etiam iniusta, &c.] Hæc Rubrica exposita est suprà proxima Rubrica.

Victor potest appellare.

C. de iud. l. properandum. §. 1. in fin.
C. quan. prouoc. non est necess. l. ult.

Victor potest appellare, &c.] Malè posuit, uictor. nec enim uictor appellat in eo quod uincit, sed in eo quod succumbit. puta, petit decem reus, est in quinque condemnatus, in alijs est absolutus. & ita propriè uictus dicitur appellare tantum. si tamen iusta aliqua de causa non remoueatur. ut in speciali Rubric. in C. quor. appell. nõ recip. Semel tantũ esse appellandum. C. de episc. aud. Aut. quis.

Defensor in id quod facere potest, condemnatur.

ff. de procur. minor. §. 1.
ff. quod cum eo qui in al. l. si fi. §. soli.
ff. pro soc. uerum. in prin. & l. seruus qui. §. uenditor. & l. si legatarius quod si.
ff. solut. matr. l. alia.
ff. de re iud. l. si cum procurator.
ff. de except. l. except.

Defensor, &c.] Quid miri, cum in persona defensoris uideatur ipse reus condemnari? nec enim suo nomine est obligatus. tunc enim aliud est, sicut in

defensore,& in hærede dicitur.ut ff. de re iud. l. sicut pro.& l.si fideiussor. & l.sciendum.

DE REMISSIONIBVS ET ARBITRIS.

RVBRICA XXVII.

Remißio dolosa non præiudicat.

C.de transl.sub prætextu.
ff.de dona.l.si quis.
ff.de iud.l.si prætor.

Remissio dolosa,&c.] Quod dicitur non præiudicare,subaudi efficaciter.præiudicat enim mero iure. sed replica.ut Instit.de except.l.circa prin.& C.de inutil.stip.l.dolo.

Remissa actione uel transactione,super maleficio iterum agi.

ff.ad l.Aquil.l.si uulnerat.
ff.de nox.act.l.qui ex pluribus.
ff.de cond.indeb.l.eleganter.§.1.
ff.ad l.Iul.de adult.l.si maritus.
ff.de parrici.l.quod se.§.ult.

Non agi.

ff.de pact.l.iuris gen.§.si paciscar.
ff.de iniur.l.sed si unus.§.filio.
ff.de sepul.uiolat.l.sepulchri.
ff.de accusa.l.si cui.§.isdem.
ff.de bon.eor.qui ante sententiam.l.2.

Remissa actione,&c.] In ultima parte huius Rub. & idem datur intelligi, quod in primo, & amplius. generaliora enim sunt uerba, ut extendantur etiam ad pecuniariam maleficij quæstionem. Si quid ergo dixero

dixero in prima, idem intelligatur in secūda dictione: sed non econtrà. Notandum est quoq; quod super pœnam maleficij fuerit transactum, tenet. ut ff. de pact. l. si tibi decem. §. quædam. super actionē uerò quæ nascitur ex maleficio, siquidem maleficium sit publicum, aut irrogat pœnam sanguinis: & tunc ualebit remissio gratuita, & non gratuita, nisi in crimine adulterij. aut non irrogat pœnam sanguinis: & tunc non ualebit remissio per pecuniam factam, præterquam in falsa. ut C. transl. transigere. & ff. de bon. eor. quæ cum sentētia. l. 2. gratuita uerò pactio non prohibetur. ut ff. de iur. fi. l. 1. in fin. & ad l. Iul. de ui. l. qui cœtū. §. ult. & ad l. Iul. de adult. l. si maritus. §. si autem. Nec obstat quod legitur ff. de sepul. l. 3. §. si is cuius interest. Nam ibi nulla fuit pactio: sed cū esset interrogatus, an agere uellet, respondit se nolle. Vbicunque autem dixi, transactionē lege improbari, ibidem & qui transigit, poterit contra eam uenire. & ita potest intelligi hæc Rubrica. si uerò sit aliqua, non poterit. & ita intelligitur cōtraria Rubrica.

Vna seruitute remissa, altera uidetur retenta.

ff. de testibus. l. ex ea.
ff. de iud. l. cum prætor.
ff. de seruit. rust. præd. l. si mihi eadem.
ff. de compens. l. quod Labeo.
ff. de pact. l. inter. §. 2.
ff. de dona. inter uir. & ux. l. cum hic. §. si quis.
ff. de leg. 1. l. si ex toto.
ff. de procur. l. maritus.
ff. de acqui. hær. hæres. l. nec his. §. hæres.

Vna seruitute, &c.] Quasi dicat: Quod in uno permittitur, in alio prohibetur. & hoc, si eadem ratio sit in omisso, quæ in prohibito.

Idem

Idem est, & si per plures manus ambulauit.

C. si man. ita fuer. l. al.
ff. de mino. l. sed inter.
ff. de iur. pacto. l. diuus.
ff. de acquir. poss. quæ in fin. qui mu. §. ult.
ff. de pet. hær. l. sed si. §. proinde.
ff. de contrah. empt. l. si quis sub.

Idem est, & si per plures, &c.] Hæc est nota potius, quàm generale.

Accepta pecunia, pœna remittitur.

ff. si quis caut. l. si duo. §. quam.
ff. de pact. l. rescriptum. §. si pac.
ff. de arb. l. Celsus. in prin.
Suprà, sublato principali.
ff. de eo quod cert. loc. l. ult. in fin.
ff. de iniur. l. sed si unus. §. sed si.
ff. de dona. except. l. item. §. Labeo.
C. de pact. l. 3. C. de transl. cum proponas.
C. de iur. dot. in pe. l. 2.

Accepta pecunia, &c.] Et si accipiens dicat in contrarium. nisi conuenerit ut pœna soluta pactum sit firmum. ut ff. de transl. qui fidem. & C. de transl. cũ proponas. etiamsi ea pœna sit maior eo quod est in obligatione: alioquin utranque uidetur posse petere, licet non fuerit dictum. ut ff. pro solut. l. si quis à socio.

Arbitria iudicijs in his casibus assimilantur.

C. quibus ex caus. maio. l. 1.
ff. de arbit. l. non disti.
C. de arb. l. cum antea. §. licet.

C. de

C.de iud.l.ult.
C.de iureiur.propter cal.l.2.§.sed quia.
C.de ferijs.l.omnes dies.
C.de sententijs & interlocutorijs iud.l.nemo iud.
ff.de sentent.§.ex cauſ.

Contrà.

C.ubi & apud quos iu.iur.l.ult.
C.de arb.Aut.decernimus.
C.de iud.l.apertißimi.
C.de appell.l.appellatio.
C.de adopt.l.1.
ff.quibus ex cauſ.infam. irrog.quid erg.§.item promißa.
ff.de euict.l.2.
ff.de recept.l.peditis.
ff.de con.in l.ſi non ſortem.§.ſi quis.
ff.de arb.l.ſi cum dies.
ff.de iud.l.hi.§.1.
ff.de arb.l.ſed neq;.
ff.de iud.l.2.§.1.& l.cum furioſus.
ff.de arb.l.ſi cum.§.ple.
ff.de iud.l.ſolemus.& l.in priuatis.
ff.de arb.l.quin etiam.
ff.de iuriſd.om.iud.quamuis.§.ſi prætor.
ff.de off.eius.l.cui mand.
ff.de arb.l.cum lege.
ff.de re iud.l.quidam.

Arbitria in his caſibus,&c.] Hîc non debuit ſignari contrarium.ſi enim arbitria in his caſibus qui notãtur in hac Rubrica,ſimilia ſunt iudicijs,in alijs autem quæ aſsignantur in contraria Rubrica, non aſsimilantur, non poſſunt dici contraria, imò diuerſa. Illud porrò pro regula teneo, ut niſi lege probetur diuerſitas inter arbitriũ & iudicium, ſemper dicam utrimque idem ſtatui. ut ff. de arb. l. 1.

DE

DE SACRAMENTIS.

RVBRICA XXVIII.

In his casibus iuratur.

In Aut. de testibus. §. 4. & §. quamuis aliquis.
I. de hæred. & Falc. §. ius.
C. de sacros. Eccles. Aut. hoc ius.
C. de episc. & cler. Aut. sed iudex.
C. de episc. audien. Aut. iubemus.
C. de his qui ante domino ma. l ult.

Hîc tenebatur iurare, quia suspectus erat, eo quòd penes eum fur fugiat. arg. C. de fur. l. 2. & l. 5. Vnde se purgare tenebatur. ut

I. de act. Rubrica, quando ex sola.
C. de iureiur. propter cal. dando. l. 2.
C. de iud. l. properandum. §. si unus.
C. de testibus testium. l. si quando.
C. de fid. instrum. l. pen. & ult.
C. de non num. pec. Aut. contra.
C. de usur. lib. l. ult. §. si uerò. in fin.
C. depos. l. antepen. in fin.
C. de indict. ind. Aut. mulier.
C. de asser. tollen. l. 1. §. omnes.
C. de pœn. iud. qui mal. iud. Aut. nouo.
C. de bo. aut. iud. poss. l. ult. in fin.
C. unde uir. l. si quando.
C. de donat. l. pen. §. ult.
ff. de dolo. l. arbitrio.
ff. de rei uend l. restituere.
C. de fideicom. l. ult. in electione actionis.
ff. de noxa. act. l. quoties. §. prætor.
ff. ad exhib. l. thesaurus.

ff. de

ff.depos.l.1.§.iniquius.& l.si quis.
ff.de manum.l.collecta.
ff.quod ui aut clàm semper.in hoc.§.in fin.
ff.de furt.l.in hoc.§.de ueste.

In his casibus non iuratur.

Sacramentum rei patronò non remittì.
ff.de iureiur.l.quotiens.
ff.de legibus.l.non est.
ff depos.l.& apud quem.

In his casibus iuratur,&c.] Si Rubrica ita intelligatur, quòd in casibus sub ea signatis tantum iuretur,& non in alijs,malè & falsò posita & intellecta esset,non esse uoluntarium sacramentum, quod lege non est improbatum.Et ita intelligitur sequens Rubrica,& tertia.& omne iudiciale,& omne necessariũ, quorum infinita possunt poni exempla, recipiendum est. Illud notabile est, quia quando lex defert iusiurandum, nec potest quis referre. ut ff. de re. amo l.si non ipse.§.ulti.& l. si uxor.§. ult. & C. de bon. aut.iud.poss.l.ult.in fin.& de iur.delib.l. sancimus.§. licentia.defert etiam quando lex causa euitandæ suspicionis.ut l.eo in illa Rubrica,Vbi suspicio,&c.idẽ dico in omni furti actione:ut iniuriarũ, ui bon. rap. nisi lex permittat relationem.ut ff.de prob.l. cum de indebito.§.pen.aliàs enim referri non potest. imò si uoluit quis iurare,pœnam patitur.ut l.eo.in illa Rubrica,Si noluerit iurare,&c.Item si legi obediat,præmium meretur.ut in illa Rubrica, Et si iurauerit, &c.

In Aut.de sanct.episc.§.1.
C.de transl.l.si ex fund.secundum M.scripturis propositis & non tactis.
C.de episc.& cler.Aut.sed iudex.
C.de iudicijs.l.rem non nouam.
C.de episc.aud.l.decreto.

Secun-

Secundum quosdam, id est, ut corporaliter, id est, tactis & non tactis. ut C si minor. se maio. dix. l. si alterius.

Illicita sacramenta non sunt seruanda.

Ista Rubrica exposita est suprà in illa Rubrica, In his casibus.

C. de legibus & constit. l. non est.
C. de arb. Aut. decernimus.
C. de nupt. l. quod eis.
ff. de in ius uoc. l. adopt.

In his casibus iuratur de calumnia, secundum ueteres leges.

ff. de op. no. nunc. l. de pupillo. §. quod opus.
ff. de dam. infect. l. prætor. in prin.
ff. de edend. l. si quis ex arg. §. exigitur.
ff. qui satisd. cog. l. de die. §. iubentur.

Hîc nota expressè, quòd iuramentum dicitur calumniæ, & quòd remittebatur certis personis.

C. de iureiur. l. iusiurandum. §. qui missus.
ff. de prob. l. cum deinde. §. in omnibus.
ff rer. amot. l. Marcellus.
C. quem. test. aper. l. eius.

Hodie autem in initio: & non est hoc quidem remittendum alicui, præterquam patronis & parentibus. secundum Ioh. remittebatur olim, & nõ est mutatum. quare ergo stare prohibetur? ut C. de testamẽtis. l. sancimus. Sed quidam contrà. In his casibus iuratur de calumnia. Quid prodest hos casus hodie notare, cum hodie in omni causa iuretur de calumnia: & semel tantum in eadem causa, & non in singulis? licet olim aliud esset. ut C. de iureiur. propter calum, l. 1. & 2. & Aut. hoc sacramentum. An hoc autem

hodie

hodie parentibus & patronis remittatur? puto tamen remitti: quia quòd præsenti cõstitutione omittitur,* id ueteri regulare obseruandum est. ut C. de appell. l. præcipimus. §. ult.

*forsan, id in ueteri regula obseruandũ

ADIECTIO.

Iterum procuratores olim de calumnia iurabant. ut ff. de dam. infect. l. prætor. in prin. hodie uerò non admitterentur. ut C. de iureiur. l. 2. sed quanquam iurarent, respondere tamen de facto domini non tenebantur. ut ff. de inter. act. l. si sine. §. alius. Causa.

Qui tutores & curatores non solum calumniæ, sed ueritatis sacramentum subire debent.

ff. de nox. act. l. quoties. §. tutor.
C. de iureiur. l. cum etiam.
ff. de in litem iur. l. uideamus. §. 1.

SOLVTIO.

Omne sacramentum, siue de calumnia, siue de re, dum tamen anceps non sit, ut hîc, subire compellit.

Quòd in sacramento calumniæ debet adijci, quòd non patet ullam dilationem arte protrahendi.

C. de iureiur. l. 1.
C. de donat. l. 1.
In Aut. cum de ap. co. 1. respons.

Quòd qui super calumnia interrogatur, debet habere tempus ad deliberandum, qualiter respondeat.

ff. de inter. act. l. qui interrogatur.

ff. de iureiur. l. iusiurandum.

Si noluerit iurare, pœnam patitur.

C. de fid. instrum. l. ult.
C. de pedan. iud. l. qui ma. Aut. nouo.
ff. de nox. act. l. quoties. §. prætor.
ff. de iureiur. l. iusiurandum. & l. admo. §. ult.

Iusiurandum uicem transactionis obtinet.

ff. de iureiur. l. 2.

Contrà.

C. de transf. l. iure.
ff. de iureiur. l. duobus. §. ult.

Maioris auctoritatis est iusiurandum, quàm res iudicata.

ff. de iureiur. l. 2.
ff. de iureiur. nam. §. si dam. & l. duobus. §. ult.
C. quando prouo. non est necess. l. 1.
ff. de iureiur. l. eum qui.

Argumentum, quòd ex iureiurando, quod consistit in dando uel faciendo, datur actio: & est notandum, quia specialissimum.

ff. de op. lib. l. ut iur. iuran.
ff. de lib. caus. l. ult.

Cum agitur hypothecaria aduersus aliquem, in litem iuratur.

ff. de pigno. l. si fundum. §. mund. & §. si plures.

Ob illatam culpam in litem iuratur.

C. de in litem iurando.

Potes

Potest ignorantia uel incertitudine à sacramento excusari.

ff. de in lit. iur. l. uideamus.
ff. depos. l. 1. §. si quis.

Non est locus relationi quibusdam casibus, & ciuilibus.

ff. rer. amot. l. Marcellus. §. si quis.
ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. hac lege.
C. de fideicommiss. l. ult.

Si iusiurandum pars deferat, est deferẽdum: si lex uel iudex, non esse potest deferendum.

Si iurauerit, à condemnatione eximitur, & à delicto liberatur, uel excusatur à crimine.

In Instit. de fideicommiss. hæred. §. cum qui.
In Aut. de fid. instrum. §. oportet.
In Aut. ut hi qui obsequi.
C. de fide instrum. l. ult.
C. de fideicommiss. l. ult.
C. depos. l. pen.
C. de pœn. iud. qui mal. in Aut. nouo.
C. qui dari tut. poss. Aut. minoris.
C. de bo. aut. iud. pos. l. ult. in fine.
ff. depos. l. 1. §. si quis argentum.
ff. de iureiur. l. si unus.

Vt suspicio euitetur, debet iurare.

C. de his qui ad Eccl. confug. l. ult.
C. de pœn. iud. qui ma. iud. Aut. nouo.
C. de iur. delib. l. ult. §. in con.
C. de bo. aut. iud. poss. l. ult. in fin.
C. de iur. dot. l. ult. §. sed non.

ff.si quis caut.l.de die.§.iubetur.

Vt ſuſpicio, &c.] Suprà continetur illa Rubrica, In his caſibus.

Iuramentum loco probationis haberi.

C.de reb.cred.l.ſi quis.
C.de fid.inſtrum.l.ult.
C.de uſur.l.eos.in fin.
C.de iur.delib.l.ſancimus.§.in con.
C.unde ui.l.ſi quando.
C.de iureiur.l.ſi quis eundem.

Maius iuramentum eſt, quàm probatio.

C.de non num.pec.Aut. contra.
ff.de iureiur.l.eum.
ff.de ritu nupt.l.in eo.
ff.de iure patro.l.qui.

Iuramentũ loco, &c.] Nõ eſt loco probationis, ſed ad aliqua. ut probatur ff. de iureiur. l. eum qui. & C. de non numer. pec. Aut. contra. qui propriam. & ut continetur in contraria Rubrica.

*Iuramentum loco *probationis haberi.*

*al. ſolutionis.

ff.de iureiur.l.unus ad.
ff.de ſolut.l.Stichum.§.naturalis.

Iuramentum loco, &c.] Quantum ad effectum: quia in neutro caſu cõueniri de iure poteſt debitor. item quia in utroque caſu tollitur obligatio naturalis. ut ff. de iureiur. l. ult. ciuilis uerò remanet, præſtito ſacramento. Secus ubi facta eſt ſolutio: & in hac ſeparatur.

Quando quis de periurio punitur.

C.de ep. & cler. Aut. presbyteri.

C.de

C. de transf. l. si quis maior.
C. de repudijs. Aut. hodie.
C. de pœn. iud. qui malè. iud. Aut. nouo.
C. de abolit. l. ult. in fin.
ff. de iureiur. l. si duo. §. intrò & §. ult. in fin.

In his casibus infamatur quis, & punitur periuriũ.

C. de transf. l. si ex falsis.
C. de repud. Aut. hodie.
C. de digni. l. pen.
In Aut. de nup. §. fin autem.

Non uidetur quis deierare, qui ex concessa causa deserit sacramentum.

C. de arbitr. Aut. decernimus.
C. de reb. cred. l. 2.
C. de nup. Aut. qui eis.
C. ad l. Iul. ma. l. 2.
ff. qui satisd. cog. l. ult.
ff. de iure patro. l. adigere. §. ult.
ff. de pact. iurisgen. in fin.
ff. de leg. 1. l. si quis in qui. §. ult.
ff. ad mun. l. ult.

Quando quis de periurio, &c.] Ex huius Rubricę positione innuitur, quòd non semper de periurio quis punitur, sed in casibus sub ipsa Rubrica notatis: quod falsum est. Nam semper quis patitur pœnam, criminali instituta accusatione de stellionatu. ut ff. de crimin. stellion. l. ult. licet quædam personæ remoueantur ab accusatione propter delictum suũ. & ita intelligitur Aut. quod est in. C. de arbit. & de crimine. Ibi enim cum iuramento contra legem elegerat arbitrum: & ideò eum de periurio conuenire non potest. Item non obstat, quod legitur C. de reb. cred. l. 2. quod enim dicit, satis habet Deum ultorẽ. ideo dicit, quia pecuniariter ob periuriũ conueniri

non potest: sed tamen criminaliter potest agere contra iurantem, uel accusare eum propter suũ consensum. Fuit enim contractus iure iurando, bene malé ue sibi iuraretur. Item nõ obstat, quod dicitur in C. ad l. Iuliam maiest. l. 2. dicitur ibi, ne incurrat crimen læsæ maiestatis: non dicitur, ne puniatur aliquo modo. quod uerum est. Item non obstat, quod dicitur C. de nupt. Aut. quod eis. quia ibi illicitum erat iusiurandum. Vnde impunè uenit quis contrà. similiter ad l. iurisgẽtium. ff. de pact. §. si paciscar. & de leg. 3. l. si quis. in prin. & ad muni. l. ult. in prin. Item non obstat, quod legitur ff. qui satisd. cog. l. ult. quia ex causa iusta superueniente licet ei uenire contra iusiurandum impunè.

Vbi lex ab aliquo plenam probationem exigat, non credo ab eo iusiurandum posse deferri.

ff. quod met. caus. l. non est uerisimile.
ff. de minoribus 25. ann. l. 3. §. 1.

Aduersus sacramentum, etiam à se delatum, licet uenire.

C. de ll. & con. l. non est. in fin.
C. de transl. ex fal.
C. de non num. pec. l. ult.
C. de reb. cred. l. si ad ex. & l. ult.
C. de pœna iud. ma. iud. Aut. nouo.
C. de nupt. Aut. quod eis.
ff. qui satisd. cog. l. ult.
ff. de pact. l. iurisgent. §. & generaliter.
ff. de donat. l. & legatarius.
ff. de iureiur. l. admo.
ff. de leg. 1. l si inquilinos. §. ult.
ff. de oper. lib. l. si libertus ita.

ff. de

ff. de except. l. aduersus.
ff. de iureiur. l. ult.

Et hoc est hic quod dicitur, non licet de periurio queri. ut fallit tamen in uno casu, cum à iudice. ut ff. de iureiur. l. admonendi. in duobus apertè: ut C. de transl. si ex fals. & C. de rebus cred. l. si ad ex. & l. ult. & C. de pœn. iud. mal. iu. Aut. nouo.

Imò semper cum à iudice licet queri, quia loco probationis cedat: si uerò à parte in iudicijs uel extra, non licet.

C. de reb. cred. l. & generaliter.

Non licet.

C. quibus ex caus. in fa. l. non dam.
C. si aduer. uen. l. 1.
C. de probat. Aut. quod obtinet.
C. si minor se maio. dix. l. pen.
C. de reb. cred. l. 1.
C. de natur. lib. l. 1.
C. de iud. uidu. l. ambigua.
C. de dolo. l. quis si certè.
C. de iureiur. l. iurasse.
C. de except. l. aduers. ex.
C. de transl. l. si quis.

Aduersus sacramentum etiam à se delatum, &c.] Regulare est, contra iusiurandum non licet alicui uenire: ut in contraria Rubrica continetur. fallit tamen quandoque: quia illicitum fuit iusiurandum. ut C. de legibus & const. l. non dubium. & ut suprà proxima Rubrica continetur. Vel quia erat tacita conditio numerandæ pecuniæ, uel iustè arbitrandi, uel cõ similes. ut C. de nõ num. pec. l. ult. & ff. de oper. liber. l. si libertus ita. uel iustæ causæ superuenientes. ut ff. de iureiur. l. admonendi. & suprà proximè dixi. uel

dolus aduersarij.ut C.de transl. si ex fal. & ff. de donat.l.si legatarius. His ergo de causis, uel similibus, si quæ reperiantur,licet uenire contra iusiurandum: aliàs non.

DE SIMILIBVS ET CONTRARIIS.

RVBRICA XXIX.

Simile ex lege, & eadem ratio æquitatis.

In Instit.quod cum eo.§.insti.
I.de contra.empt.§.sed nostra.
C.de inoff.test.l.2.
In Decret.d.4.deniq;.& dist.5.ad eius.
C.de inoff.do.l.precibus.
C.de inoff.do.l.1.
C.de constit.pec.l.ult.diui.
C.de necess.seru.hab.l.quidam.
C.de don.ante nup.l.ult.
C.de hæret.l.quoniam.
ff.de bon.poss.l.ex rem.
ff.de duob.rei.stip.l.si reus promit.
C.de fideicommiss.l.ult.
C.ad l.Falc l.ult.
C.de indic uiduit.l.1.& 3.
ff.de ll.& senat.cons.l.non possunt omnes.
ff.quod quisq; iur.l.si quis.§.1.
ff.de neg.gest.l.ex facto.in fin.
ff.quod ui aut clàm.l.si ipsa.
ff.de minor.l.si filiusfam.§.si mino.
ff.ad l.Rhod de iact.l.2.§.1.
ff.de contra.empt.l.si in empt.§.ult.

ff.de

ff. de hæred. uend. l. 2. §. Titius.
ff. de aur. & arg. leg. cum aurum.
ff. de acquir. rer. domin. l. quæsitum.
ff. de acquir. poss. l. qui ab. §. si is.
ff. de uerb. obl. stipulationum. §. ult. is cui à Titio.
ff. de solut. sub con. l. si quis seruo. cum quis. §. 1.
ff. de iniurijs. l. eos. §. hac lege.
ff. mandat. l. si procurator. §. mandati.
ff. de rei uend. l. sin autem. §. si homo.
ff. ad l. Aquil. l. illud quæsitum.
ff. de usufr. l. arboribus. §. de illo.
ff. de tut. & rat. dist. l. 1. §. nunc.
ff. ad Treb. l. qui filium & filiam. in fin.
ff. de aq. plu. arc. l. si idem.

De similibus ad similia non est procedendum.

ff. de caut. empt. l. ex empto.
C. ne de stat. defunct. l. quod est ex empto.
ff. de iur. dot. l. cum post. §. gener.
ff. de leg. 3. l. si cui. §. lana.
ff. de ser. leg. l. & si maximè.
ff. de uer. obl. l. Stichum. §. 1.
ff. de stip. ser. l. si communis seruus.
ff. de adopt. l. nece.
C. de interd. l. si patris.

Simile ex lege, &c.] Lex ipsa quandoq; facit inter duo uel plura similitudinem, & eandem statuit rationem: & tunc cum quis dubitat, de similibus ad similia est procedendū: sicut probatur infinitis exēplis, sub hac Rubrica notatis. Amplius etiam iudici, & cuilibet doctori, ex suo ingenio in quæstionibus licet notare similia, ut secundum ea quæstiones decidat. ut ff. de legib. & constit. l. non possunt. & l. nam ut ait Pedius. & ita patet, de similibus eandem esse

sententiã ferendam. Nec obstat, quod legitur in contraria. Illud enim diligenter est intuendũ, an ea quæ dicuntur similia, eandem contineant rationẽ æquitatis, an non. & sic respondeo ad l. C. ne de stat. defunct. l. quod est constitutum. licet enim uideantur similia, emancipatio & manumissio, uel eorum libera possessio: non tamen est ita, quia libertas est fauorabilior. ff. de reg. iur. l. libertas. Similiter respondeo ff. de iur. dot. l. cum post. §. generale. quia dos priuilegiatior est stipulatione, uel dignior est legato. ut ff. de reg. iur. l. in ambiguis. Similiter non obstat, quod legitur ff. de act. empt l. ex empto. licet enim quædã similitudo uideatur, quòd uenditor debeat facere rem ementis, sicut facit emptor precium uendentis: non tamen ita est, quia uenditor est in specie obligatus ad aliquid certum, unde succurritur ei, ut si quoquo modo possit tradere, tradat. & satis est. Emptor uerò est in genere obligatus. unde bene est, ut talem det pecuniam quæ transeat in dominium uenditoris. Item non obstat, quod legitur ff. de seru. leg. l. & si maximè. & de stipul. ser. l. si communis seruus meus. licet enim ultimæ uoluntates uideantur similes contractibus habitis inter uiuos: certo tamẽ certius est, infinitas denotari posse dissimilitudines. nam contractus etiam sine ullo teste ualent. ibi contrà. Item hîc duo, ibi quinq; uel septem sunt necessarij testes ad probationem. Aliæ leges in Rubr. positæ, nil uidentur ad rem facere.

ADIECTIO.

Aut dic melius & breuius, si uis. Semper iustè proceditur de similibus ad similia, ne ratio diuersitatis possit ostendi. arg. C. de lib. prætor. l. 1. in fin. & ff. de iurisd. om. iud. l. si familia. Attende etiam solutionẽ Iesu Christi in hac parte. dicebãt enim Pharisæi: Nũ licet censum dare Cæsari? si enim sui serui sumus, nõ debe-

debemus alijs seruire. indignum enim reputarẽt seculares iudices, ut unus seruus alteri domino seruiat. ostendens rationem diuersitatis, dicens: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cęsari. Quasi dicat: Non sequitur quod dicitis: quia nil mihi quod ei debetis. nec ægrè debet ferre creditor, si debitor eius etiam alteri soluerit quod debet.

Argumentum à contrarijs.

C. quod met. caus. l. si per uim.
C. de usufr. neq; C. de testi. l. nimis.
ff. de off. eius cui mand. est iurisd. l. 1.
ff. de act. empt l. Iul. ex empto.
ff. de uer. o. sisti. §. 1.
ff. de min. l. si filius. si minor.
ff. de fideius. l. hæres. §. si quid.
In Decr. dist. 63. Ephesijs.
In Decret. 25. qualis.

Falsificatio à contrarijs.

C. de bon. quæ lib. l. cum non. §. filius.
C. de testa. tu. l. mater.
ff. de except. rei iud. l. si inter me.
ff. de usufr. l. arborem. §. cæsæ.

Argumentũ à, &c.] Quãdo & qualiter accipiatur à cõtrario sensu legis, dictũ est suprà in illa Rub. Cõtrarius sensus, &c. Hęc nõ uidet ponere, ꝙ eadẽ sit ratio cõtrariorũ: puta si cõuenior ex cõtractu alicuius: ego debeo eadẽ ratione posse agere. hoc em̃ lex innuit, in Rub. posita. ut ff. de act. emp. l. Iul. inter. §. si ꝓcurator. uel si pertinet ad aliquẽ lucrũ, eadẽ ratione ad eũ pertinet damnũ. ut in Inst. de cõtrah. emp. §. cũ aũt. Est aũt argumentũ hoc probabile, & nõ necessariũ. fallit enim, ff. pro socio. l. de illo. & l. si seruus. & l. si nõ. Et si ita ut dictũ est, intelligat̃ hoc generale, uidet̃ repeti j. eo. in illa Rub. Cõtrariorũ, &c. & ideo quę hîc dixi-

diximus, ibi repetenda dicuntur. Si uerò ita intelligatur hoc generale, quòd liceat argumentari à contrario sensu legis: hoc uidetur innuere lex posita in Rub. ut ff. de off. eius cui mand. l. 1. Videtur tamẽ repeti generale, quod suprà habuimus in illa Rub. Cõtrarius sensus, &c. Hoc ideo sub dubio pono: quia leges sub Rub. positæ, non significãt apertè, ad quod eorum generalium debeant aptari.

Ex contrarietatibus quoddam mediũ temperamentũ sumi ex bono & æquo.

ff. si quis caut. l. 2. §. quod.
ff. de uerb. obl. l. continuus. §. is qui.
ff. de procur. l. sed hæc neq;.
ff. de pigno. l. si seruus.
In Auth. de his qui ingrediun. ad app. circa prin.
ff. de rei uend. in fundo.
ff. de redhib. l. si quis uend.

Ex contrarietatibus quoddam medium, &c.] Impropriè ponit nomen cõtrarietatis. non enim est in lege contrarietas, sed potius in diuersis & contrarijs opinionibus, ex quibus lex sumit medium quoddã temperamentum, in infinitam quantitatem procedendo, nec minimam sustinendo. ut ff. de rei uend. l. in fundo. & C. de pig. act. l. si seruos. Nec est hoc semper faciendum, sed ita demum, si æquitas suadeat: ut in Rub. contraria continetur: & in illa Rubr. Mediũ tenendum, suprà diximus.

Contrariorum eandem esse disciplinam.

C. de iud. & cœlic. l. die.
C. de act. empt. l. sicut periculum.
ff. de neg. gest. l. 2.
ff. de procur. l. qui proprio. §. ult.
l. ubi est onus, ibi & emolumentum.

ff. de

ff.de hæred.uend.l.2.§.si cui.
ff.de publ.l.eum.§.in hac.
ff.de ser.rust.præd.l.uia.§.2.
ff.qui satisd.cog.l.sciendum.§.ult.

Non esse eandem.

ff.si quis in ius uoc.l.1.
ff.de inoff.test.l.nam etsi.
ff.si ser.uend.l.loc.§.si de communi.
ff.ad l.Iul.de adult.l.deinde.§.quæritur.
ff.si quis omiss.caus.test.l.Iul.
ff.de arbitr.l.non distinguemus.
ff.de uerb.sign.l.licet inter gen.
ff.de bon.lib.l.pen.
ff.de bon.dam.l.cum ratio.
ff.de adopt.l.qui adopt.
C.de adulter.l.1.
ff.de pact.l.si plures.
ff.de in rem uers.l.si rem.
C.ad Vell.l.1.

Contrariorum eandem esse,&c.] Hæc Rubr.posita est suprà,in illa Rub.arg.à contrario,&c.

Non sufficit similia uerba dicere.

ff.de uerb.obl.l.sciendum.§.ult.
ff.de cond.indeb.l.nonnunquam.
ff.de accept.l.pars.
C.de don.ante nupt.l.sicut ante.

Non sufficit,&c.] Illud uerũ est,quòd sæpenumerò mutatur rei effectus, licet alia uerba apponãtur, quæ uerisimilem uidentur habere significationem: ut in legib.sub Rub.positis continetur.

Non interest quid fiat,an eius simile.

C.si mancip.ita fu.al.l.ult.

ff.pro

ff. pro socio. l. idemq;.
ff. mandat. l. ult.
C. de instit. & substit. l. si manda.
ff. de con. & demonst. l. intercidit.
ff. de re iud. l. in summa.
ff. de arb. l. quid tamen. §. si ar.
ff. de usufr. l. quot. §. unus.
ff. si cert. pet. l. certum.
ff. de Carb. ed. l. §. si quis.
C. de pact. inter empt. l. qui ea.
C. de donat. ante nupt. l. sicut.

Non interest, &c.] Hæc Rub. suprà exposita est, in illa Rub. Quod non est factum.

DE AFFIRMATIVIS ET NEGATIVIS.

RVBRICA XXX.

Negatiua resoluitur in affirmatiuam.

ff. de pact. l. in persona.
ff. de inoff. test. Pap. §. 1. in fi. l. etiam.

Verbum nõ obtinuit, id est, succubuit: & ita affirmatiua in negatiua. ut in concordantijs istis, & tali modo est contraria.

Contrà.

ff. de procura. l. Pomp. §. 1.
ff. de except. rei iud. l. si mater.
ff. de donat. l. non debet. in fin.

Verbum bonæ fidei, id est, *nominale.

*al. non malæ fidei.

ff. mand. l. quæstio seruos.
ff. de minor. l. si res.

ff. de

ff.de oper.nou.nunc.l.non solum.§.si caus.
In Instit.de tute.in fin.
l.de igno.dic.Rub.mitius.
ff.de manumiss.l.is qui ius.

Negatiuam resolui,&c.] Euenit, ut negatiuas resoluamus in affirmatiuas dictiones. quod est, ubicunque ponuntur duæ negationes:una negatio tollit alteram.& ita fit affirmatio,ut in proxima Rubrica continetur.& ita ponitur in ff.de pact.l.in persona. quia non sit nocitura. dubitari non oportet,id est, non dubitatur, uel non timetur quòd noceat. Verbum enim quin,tacitam importat negationem. sicut enim negatiuæ resoluuntur in affirmatiuas, sic & affirmatiuæ in negatiuas. ut Rubrica signata pro contraria,quæ non est cõtraria,sed diuersa. sic enim bonæ fidei,& non malæ fidei.ut ff.de donat. l.nõ debet.sic etiam dicitur gratus, quia non est ingratus: & iustus,quia non potest dici iniustus. ut ff.de test. man.l.seruus.& ff.de fideicomm.l.liber sicut.§.ex iusta.& ita in similibus : ut in legibus sub Rubr.positis continetur.

Duæ negationes faciunt unam affirmationem.

ff.de pact.post uenditionem.
ff.de uerb.sign.duobus.

Contrà.

ff.de damn.infect.l.flum.in prin.

Duæ negationes faciunt unam,&c.] Hoc in superiori Rubrica continetur. fallit tamen in casu signato in contraria Rubrica. ut ff.de damn. infect. l. flumen.ibi enim ponitur,nemine nil faciente, id est,alio quo aliquid faciente: quia superabundat ibi una negatio.ut ibi designatur in gloss.Iohann.B.

Non

Non semper interrogatio negationem habet: sed aliquando difficultatem, aliquando caritatem notat.

ff. de dolo. l. sed si ex dolo.
ff. locati. l. sed de damno.

Eo ipso dicitur quid dubium, quòd negatur.

C. quib. ad lib. procl. non lice. l. 3.
ff. de cond. indeb. l. eleganter. §. si post rem.

Quod de uno affirmatur, de reliquis tacitè negatur.

C. de procura. l. maritus.
C. de pact. tam super do. l. si mulier.
C. de pign. l. quamuis.
ff. com. præd. l. similem di.
ff. de compen. l. quod Labeo.
ff. de act. empt. l. Iul. §. idem.
ff. de pign. l. 1. §. seruo.
ff. de usur. l. 3. cum pa.
ff. de euict. l. minor. §. ult. & l. quilibet. §. 1. & 2.
ff. de donat. inter uir. & ux. l. sed si moræ.
ff. de cond. & demonst. l. cum ita lex.
ff. de instrumento leg. l. cum dela.
ff. de supp. leg. l. legata. §. 1.
ff. soiut. matr. l. si cum dotem.
ff. de pact. dot. l. pacta.

Contrà.

ff. de cond. caus. dat. l. si extraneæ.

Contrà.

In Decr. dist. 65. disciplina.

In De-

In Decret. 2. q. 1. unum ex duobus.

Quod de uno negatur, de alijs tacitè affirmatur.

ff. de posthu. l. Imperator.
ff. de seruit. rust. præd. l. si domus.
ff. de pigno. l. in quorum.
ff. de testib. l. ex eo.
ff. de repud. l. ult.
In Decr. dist. 25. quali.

Quandoq; non est ita.

C. de diuer. rescript. l. 1.
C. de instit. & substit. l. 3.
ff. de usur. l. Paulus. §. hæres.
ff. de re mil. l. 7.
ff. de uino leg. l. cum uinum.
ff. de nat. lib. Auth. si quis liberorum.

Quod de uno affirmatur, &c.] Ista omnia uera sunt, nisi in prohibitis eadem sit ratio, quæ & in omissis: uel nisi in omissis eadem sit ratio, quæ in affirmatiuis: ut in contraria sequenti Rubrica continetur, suprà eo. in illa Rubr. De similibus ad similia, & in illa, Simile ex lege, &c.

*Prohibitio aduersus tollitur, eiusq; contrario.

* al. Prohibito principali, tollitur & accessoriũ.

ff. de uacat. mun. l. in bono. §. philosophis.
C. de Latin. lib. toll. in prin.
C. de testamentis. l. nec codicilli.
C. de reput. l. ult.
ff. de excus. tut. l. si duos. §. prohi.
ff. de remißionibus.

DE RESCRIPTIS SEV PRIVILEGIIS.

RVBRICA XXXI.

De reſcriptis admittendis.

C.de ſacroſanct.Eccl.priuilegia.
C.de ll.& conſtit.l.ult.& 2.
C.de uete.iur.enucl.l.1.§.hoc etiam.
C. de transl. si quis maior.
ff. de litig. l. ult.
ff. de dolo. l. si quis affir. §. si oleum.
ff. de euict. l. Lucius.
ff. de arb. l. arbiter. & l. quod Celsus.
ff. de præscr. uer. l. si tibi rem. §. si quis spon.
ff. de calum. l. & eleganter. §. is.

Non restituentur, sed ab arbitro retinentur.

C. de transl. l. interpositas. l. cum donatum.
C. quod met. caus. l. cum te.
C. de cond. ob caus. l. si repetendi.
ff. de arbit. l. litiga. §. quod ait.

Pignora data, &c.] Si arbiter pignora accepit, cõtemplatione partium, uidetur pignora accepisse, & partes sui contemplatione uidentur dedisse. Si qua ergo partium arbitrio steterit, pignora sibi applicare iustè desiderat. ut C. de transl. l. si quis maior. & ff. de præscr. uerb. l. si tibi rem. §. si quis spon. & ut in hac Rubrica continetur, perinde ac si esset expressum. ut ff. si cert. pet. l. cùm quid. Secus cum ab uno contrahentium aliquid sentitur. ut C. de transact. l. eum donatio. & C. de cond. caus. dat. l. si repetendi. & ut in hac

hac Rubrica dicitur. Lex autem in ff. de arbit. litigatores, non facit contra nos.

Hypothecaria suas habet actiones, si est constituta.

ff. ad Vell. S. C. l. aliquando.
ff. de pig. l. grege. §. si.
ff. ad Trebell. l. debitor.
ff. de solut. l. cùm quis. §. ult.
ff. de except. rei iud. l. pen.
ff. de constit. pec. l. item illa. §. quod.

Quis habet hypothecam in suis proprijs rebus.

C. de rei ux. act.
In Instit. de delegatis.
ff. de except. rei iud. l. Paulus. §. satis. cum omnibus concord.
C. de sacros. eccles. l. ut inter diuinum.

Inuito creditori aliud pro alio soluitur.

C. de solut. Aut. nisi.
C. de donat. l. si quis argent.
ff. de legat. 1. l. non amplius. & l. ult. si domus.
ff. de solut. l. creditorem.
ff. de arb. Labeo. §. si per fidem. cum suis concord.
C. de sacros. eccles. l. hoc ius por.
ff. de cond. l. inde Neratius. l. seruus. §. ult.
In Instit. quod cum eo. in prin.

Contrà.

Inst. quib. mod. toll. ob. in prin.
C. de ædil. act. l. si tempore.
C. de solut. l. eum à quo.
ff. locat. l. si quis. §. iul.
ff. de uerb. obl. l. 2.

ff. de

ff.de solut.l.inter ar.
ff.si cert.pet.l.2.§.1.
C.de rescin.uend.l.precij.

Inuito creditori,&c.] Regulare est, ut creditori aliud pro alio solui non possit,ut in contraria Rubrica dicitur. Fallit autem in casibus,ut in hac Rubrica continetur.

ADIECTIO.

Verum in contractibus bonæ fidei, si alius pro alio soluat,uel quod uni debet,alij soluit, eius uoluntate, non ipso iure contingit liberatio, sed per exceptionem. ut ff. de act.empt.l. prædia.& ff. de uerb. ob. l.ult. §. cum in.aut tenetur ad dandum: & tunc aut speciem uult dare pro specie, aut quantitatem pro quantitate,aut speciem pro quantitate:uel econtrariò.aut præstandum.ut ff.rer.amot.l. non est. aut ad faciendum.ut ff.de solut.l inter arri.

CAVSA.

Secus ratione diuersitatis:ut ff.de leg.l. potest. ratione impossibilitatis.ut C.de dona.l. sancimus. ratione affectionis. ut ff.de leg. 1.l. domus. ratione religionis.ut C.de sacros.eccles.Aut.hoc ius.

ADIECTIO.

Odio creditoris multa dicuntur.ut C.de sacros.eccles.l.hoc ius posibi debet probare, in utilitatem ecclesiæ datum processisse,& res districtè debet æstimari addita parte 10. in precio, in solutum dari. Et sic duo sunt odio creditorum introducta. Causa.

Si res tua peruenit ad me sine uitio,possum eam retinere loco pignoris.

C.si aduersus cred.l.1.
ff.de cond.indeb.l.si non sor.§.si debes.

ff.de

ff.de pet.hær.l.ult.
ff.de ædil.edict.l.uideamus.
ff.de in rem.uerſ.l.ult.
ff.de iur.do.l.ſi is qui ſtip.§.quod dicitur.
ff.de pig.act.l.ſi nec.§.1.
ff.de dam.infect.l.6.§.ult.
ff.de pericul.& commod.rei uend.l.1.§.licet.

Si res tua ad me, &c.] Hoc ſi faciam in re ipſa expenſas, uel ſi perueniat ad me ex tua uoluntate, occaſione pecuniæ, ob quam uolo retinere pignus: ut ex legibus ſub Rubric. poſitis probatur. Cæterùm ſi debeam tibi cẽtum, & res meę ad te aliquo caſu perueniant, non ideo retinebis eas loco pignoris. ut C. commodati.l.prætextu.& de rei ux.action.§. ſed nec ob impenſas.

ADIECTIO.

Contrà uidetur, ff. de act. empt. l. Iul. §. affinis. Dic, ut ibi. Cauſa

Quando creditor curioſus eſſe debet.

ff.de in rem uerſ.l.3.§.nec non.& l.illud.§.ſed.
ff.ſi cert.pet.l.ciuitas.
C.de ſacroſ.eccle.Aut.hoc ius.
C.de contrah.& committ.ſtip.l.magnam.

Quando non oportet creditorem eſſe curioſum.

ff.de nouat.l.doli except.
ff.de leg.l.ſi ſeruus.
ff.de offic.rec.prouinciæ.
ff.ad Sillan.l.3.
ff.de iur.& fact.ig.l.non ſi.

Quando creditor curioſus, &c.] In contraria Rubrica continetur, quòd non exigitur ab aliquo creditore,

ditore, ut sit curiosus, nisi quando cõtrahit cum his personis, quæ non obligantur, nisi in quantum processit in rem eorum: ut cum pupill. ciuitatis defensore, & œconomo, & seruo alicuius: & uult agere de in rem uers. ut in hac Rubrica dicitur.

Sed & alij curiosi debent esse.

C. de reb. eor. l. mag. §. illud.
ff. de iur. dot. l. ult.
ff. de in rem. uers. l. si pro patre. §. uersum.
ff. de exercit. act. l. Lucius.

Pignoris retentionem, sed non actionem.

C. si alie. res pig. da. l. 1.
ff. de pig. l. 1.
ff. quibus modis pig. sol. l. 1.

Pignoris retent. &c.] Hæc est nota, ut quis quandoque non petitionem pignoris, sed retentionem habeat.

DE DEBITORIBVS ET FIDEIVSSORIBVS.

RVBRICA XXXVII.

Si debitor bonis cedat, indicet ea.

C. de fid. instrum. l. ult.
C. de iur. delib. l. sancimus. §. si non uerò.
C. qui bon. ced. poss. l. si pater.
C. de bon. proscr. l. si quis inter.
ff. de dol. l. sed si ma.
ff. de act. empt. l. Titius.
ff. de acqui. poss. l. possideri. §. in eum.
ff. de confess. l. certum.
ff. de cess. bon. l. ult.

ff. de

ff.de cens.l.forma.
ff.de fideiuss.l.liber.l.si puer.
ff.de his qui ad Eccl confugiunt.l.ult.

Non tenetur indicare.

ff.si pars hær.pet.l.1.§.ult.
ff.commu.diui.l.etsi.§.1.
ff.de contrah.empt.l.cum seruo.§.denuò.
ff.ad Trebell.l.restituere.
ff.de bon.poss.l.ult.
C.qui bon.ced.poss.l.in omni.
ff.de oper.no.nunc.l.de pupillo.
ff.de appell.l.sed si.
C.qui admit.ad bon.poss.l.ult.
ff.de probat.l.2.
C.de annal.except.l.si except.

Si debitor bonis cesserit,&c.] Cum hoc sit præcipuum iusticiæ præceptum, unicuique ius suum tribuere,ut Instit.de iust.& iur.§.iuris. meritò ad id satagere iudex debet,ut creditor, qui certat de dãno uitando, suum consequatur, sola cessione bonorum non sufficiente,sed eam sequente indicatione,pręstito ab eo sacramento, de indicio faciendo. ut C. de iur.delib.l.sancimus.§.licentia.C. de his q ad eccl.cõfug. l.præsenti. §. sic ut. & ut al. arg. in hac Rubrica. Nec obstat,quod in contraria Rubrica allegatur.ut ff.si pars hær.pet.l.1.§ ult.ff.com.diui.l.& si.§. primo. quia ibi propter incertitudinem non cogitur. colligitur ergo,quòd si certus esset,aliud esset. Item non obstat,quod legitur ff. de contrahend. empt. l. cum seruo. §. demonstra. quia ibi demonstrauerat agrum, & ita per consequentiam, etiam fines. Confines uerò uicinos non est necesse exprimere, cum de re sit certum. hîc autem non est certum de rebus: unde oportet, ut nominẽtur. & ita respondeo ad l. quæ est ff.ad Trebell.restituta.& C.qui bon.ced.pos. l.in om-

l.in omni.& de appell.l.sed si.Item non obstat,quod dicitur in C.qui admit.ad bon.poss.pos.quia ibi petitor bon.poss.non erat alij obligatus, cui teneatur quid indicare. Item respondeo ad l. quæ est in C. de ann.except.l.ultim.ibi reus sponte recepit libellum: nec enim cogebatur.ut ff.de rei uend.l.si in rem.

Si obligatus fuerit debitor in aliquo, æquè commodum præstando liberatur.

ff.quod met.caus.l illud.
ff.de recept.l.Labeo ait.si arg.§.ult.
ff.de relig.l.2.§.locum.
ff.de constit.pec.l.quod ait.§.2.
ff.locati.l.si quis domum.in prin.

Si obligatus,&c.] Hîc non fuit talis causæ qualitas, ut præcisè ad dandam speciem, uel restituendam,uel factum implendum quis teneatur. ut ff. de rei uend. l. qui restituere. & in Institut. de donat. §. alie.& ff.de oper.nou.nunc.l.stipulatio §.siue.

Qui tenetur ad speciem,quantitatem soluendo,inuito creditore liberatur.

ff.de leg.1.l.non amplius.§.ult.& l.domus.§.ipse.
ff.de aur.& arg.leg.l.1.& l.cum aurum.
In Aut.de fideiuss.& man.

Qui tenetur in quantitate, soluendo speciem creditori liberatur.

ff.de ux.act.
ff.de re iud.l.miles.§.1.

Vsq; ad iudicati actionem contestatur ex solutione.

ff. de pet. hær. l. item. §. cum prædixi.

Duo simul tenentur, sed tamen quilibet primò conuenitur.

In Aut. de duob. re. stip.
In Aut. de fideiuss. in prin.
ff. de dolo. l. arbitrio. §. de eo.
ff. si mens. fals. mod. dix. l. 2. §. 1.
ff. de act. empt. l. iul. §. ult.
ff. de tut. & rat. dist. l. 1. § nunc.

Duo tenentur in solidum, &c.] Licet duo in solidum sunt obligati, tamen ordo seruatur quandoq;, ut primò is, cuius causa præcedere uidetur, primò conueniatur, deinde alius: si aũt par sit utriusq; causa, implorãt, ut pro parte detur actio in se. ut in Aut. de duobus reis promit.

Imò actor & princeps facti.

ff. de ser. cor. l. in hoc iudicio.
ff. quod ui aut clàm. l. si ego.

Debitor, quamuis in principio soluerit, non liberatur: alio interueniente liberatur.

ff. de neg. gest. l. si ego.
ff. si cert. pet. l. si filius.
ff. de solut. l. quod si. in fin.

Debitor, quamuis, &c.] Hæc est nota.

Eum de usuris teneri, qui simpliciter fideiussit.

ff. de hær. fideiuss. l. 3.
ff. rem rat. hab. l. si postea.

ff. de

ff.de fideiuſſ.l.ſi quis pro eo.§.nummos.
ff.qui ſatiſd.cog.l.2.§.ult.
ff.de admi.rer.ad ciuit.pert.l.2.§.cond.& § qui fideiuſſ.
ff.de admi.tut.l.tutor.l.qui re.§.pen.
ff.quor.leg.l.ult.
ff.qui.mo.pig.ta.cont.l.2.& 3.
ff.ad muni.l.Lucius.§.Paulus.
C.de pact.inter empt.l.inuentio.
ff.de pericul.tu.l.quod magis.

Non teneri.

C.de fideiuſſ.l.fideiuſſ.
ff.de uerb.obl. l.ſi ſeruum.§.nunc.
ff.locati.l.quæro.
C.qui cum eo qui in al.poſt.l.ſi ma.
C.de uſur.l.pig.obligatio.
ff.de fideiuſſ.l.ſi de fideiuſſ.§.1.
ff.ad muni.l.libertum.§.fideiuſſ.
ff.de eo quod cert.loc.l.certum.

Eum de uſuris teneri,&c.] Si fideiuſſor intercedat ſimpliciter,puta ſi dicat,fideiubeo : tenetur in ſorte, & in uſuris:ut in ll.in hac Rubric. poſitis oſtenditur. Nec diſtinguitur, debeatur per ſtipulationem, an per iudicis officium.licet P. contrarium dixerit,ſcilicet ut in primo caſu teneatur,in ſecundo cõtrà.Imò, ſi ita diſtinguerem,in totũ contradicerẽ.Nec obſtat, q̃ legitur in ff.de eo quod cert.loco. l. certũ. quia ibi incertã ſummã non ſimpliciter fideiuſſerat:unde ultrà cõueniri non poteſt.uel ibi, cũ fideiuſſor acceſsit obligatiõi,nõdũ erat debitũ intereſſe,ſed poſtea incepit deberi:& ideo non tenet ad intereſſe, poſtea emergens. Itẽ,quod dicitur in C.quod cum eo.l.ſi mã dator,magis cõſentit mihi q̃ obſtet.uel uerius, non loquitur, ubi ſimpliciter interceſsit. Item quod legitur ad municip. l. libertus. §. ultimo. & ff. de fideiuſſo.l.fideiuſſor.Non obſtat quòd non loquitur

in usura, sed in pœna. uel loquitur, quòd intellexit de damno reipubl. tantum. si enim dico, fideiubeo pro sorte: non teneor in usuris, & contrà. sicut & si centum debetur, & fideiubeam in decem, in alijs nõ teneor. ut ff. locati. l. quæro.

ADIECTIO.

In usura quæ per stipulationem debetur, non est quæstio: quia si simpliciter fideiusit, in ea tenetur: sed in ea, quæ debetur ex mora, uel interesse. Distingue, utrum antequam fideiuberet reus principaliter cœpisset debere: quo casu, si simpliciter fideiusit, tam pro præterita, quàm pro futura tenetur, qui debere non cœperat, non tenetur fideiussor secundum Ioan. Si reus principalis solùm liberatur, fideiussor uerò tenetur: quia est ad id obligatus per stipulationem. quod non placet: cũ creditor sit in culpa, quòd à reo principali sortem accepit: unde uoluntate propria uidetur eum liberasse. Causa.

Non uidetur fideiussorem dare, qui talem dat, qui se tueri exceptione potest.

ff. ad Vell. l. quamuis. l. si conuenerit.
ff. qui satisd. cog. l. quoties.
Suprà, de figm. leg. Non uidetur factum lege.

Non uidetur, &c.] Hæc est nota, sicut & sequens.

Strictius tenetur fideiussor, quàm reus.

ff. pro socio. l. uerum.

Fideiussor non tenetur in duriorem causam.

ff. de fideiuss. l. fideiuss. §. 2.

Contrà.

ff. de cond. indeb. l. naturaliter.

C. de

C. de fideiuſſ. mi. l. 1.
ff. de act. & obl. l. ſerui.

Fideiuſſor non tenetur, &c.] Hoc eſt uerum, ut tãtum æſtimetur durior cauſa quatuor modis: ſcilicet re, loco, & tempore. ut in Inſtit. de act. §. plus autem. Cæterùm ſi fideiuſſor ex ſtipulatu, reus aũt nudo pacto ſit obligatus, non uidetur eſſe durior cauſa. Item ſi reus habeat exceptionem perſonalem, uel priuilegium: ut in contraria Rubrica dicitur.

Liberato reo fideiuſſor tenetur.

ff. de ſol. l. ſi fideiuſſor.
ff. de uſur. l. mora.
ff. de ſolut. l. cum quis. §. pen.

Liberato reo, &c.] Hoc ſpeciale eſt, propter fideiuſſoris delictum, uel moram: ut in ll. ſub Rubr. poſitis continetur: aliàs enim contrà eſt. ut ff. de fideiuſ. l. hę res à debito. §. quòd ſi ſtipulator. & ut in contraria Rubrica continetur.

DE CAVTIONIBVS ET SATISDATIONIBVS.

RVBRICA XXXVIII.

In his caſibus cautio uel ſatiſdatio deſideratur.

In Inſtit. de adopt. §. cum autem.
In Inſtit. de uſufr. §. conſti.
In Inſtit. de offic. iudicis. §. 1.
C. de uſufr. l. 1. & 3.
C. de rei ux. act. l. rem in præſenti. §. cum autem.
C. de uſuris. l. aduerſus.
C. quor. legat. l. 1.
C. de ſolut. Aut. niſi.
C. de leg. l. ſi in fraud. & l. ult.

ff. de adopt. l. nec ei. & l. non aliter.
ff. quod met. cauſ. l. ſi cum. §. aliquan. & §. quot. & l. Iulia pu. §. 1.
ff. de mino. l. patr. §. 1.
ff. de uſufr. l. ſi cuius rei.
ff. de pet. hær. l. ſi poſſeſſor. §. 2. l. ſi quid. §. illud.
ff. de uſufr. quemadmodum cau. l. 1.
ff. de rei uend. l. niſi ſi uerò non ſolum. l. ſi poſt.
ff. de ſeruit. l. quot.
ff. fam. herc. l. & puto.
ff. ſi quadrupes pauperiem. l. 1. §. pen.
ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus. §. ſi fur. §. inquit.
ff. com. diuid. l. ſi ſocius. §. cum ſocio.
ff. de eo quod cert. loc. l. quòd ſi. §. 1.
ff. commodat. l. ſi is qui. §. 2.
ff. de peculio. l. quot. §. ſi ſemel.
ff. quando act. de pecul. l. 1. §. in annali.
ff. depoſ. l. ſi plures. & l. 1. §. ſi pecu.
ff. pro ſocio. l. ſi unus ſoci.
ff. man. l. ſi procura. §. ult. l. ſi mandato.
ff. de contrah. empt. l. quod ſæpe. §. ſi res.
ff. locati. l. ſed addes. §. ſi inquili.
ff. de ſolut. l. cum quis. §. 1.
ff. de legat. 1. l. ita ſi ſic. §. 1.
ff. de dam. infect. l. qui bona. §. ul. eorum qui. §. 1.
ff. de adult. l. ſi adulter. §. ult.
C. de fideicommiſſ. l. 3.

In his caſibus non deſideratur.

ff. de pet. hær. l. ſi qui.
ff. de rei uend. l. ſi ambo. ſi uerò, & ex. §. pen.
ff. comm. præd. l. cauſam.
ff. fam. herc. l. ſi pignori.
ff. depoſ. l. ſi ſine.
ff. de pecul. l. quoties. §. ſi ſemel.
ff. de dam. infect. l. qui bona. §. ult.

ff. de

ff. de admin. rer. ad ciu. pert. l. 3. §. filium.

Hæ duæ Rub. commodissimè soluuntur, ubi quis desijt sine dolo etiam posse soluere. si remanet obligatus, tenetur cauere. in quo casu prima Rub. loquitur. si desijt esse obligatus, nõ tenetur. & in hoc casu contraria Rub. loquitur.

In his casib. &c.] Generale est, ut cautio nõ præstetur, ut in cõtraria Rub. cõtinetur: nisi in casibus, quibus lege statutum est, ut iudex ex officio suo iubeat esse præstandam. ut ff. de iud. in bonæ fidei. uel pactio litigatorum cõtineat, ut in hac Rub. continetur.

Aliquid esse omittendum, uel non faciendum, propter cautionis fragilitatem.

ff. ad Treb. l. qui ita. §. 1.
ff. de susp. tut. l. suspectus.
ff. quòd fal. tut. auct. l. pupill.

Cautio ex abundanti tenet, & præstatur.

ff. fam. herc. l. qui erat hæres.
ff. de redhib. l. quòd si no. §. quia &. §. in factum.
ff. de dam. infect. l. damni. l. quidam. §. inde.
ff. de fideiuss. l. Græcè. §. à tutore.
ff. ad S. C. Vell. l. si mulierem.
In Decret. dis. 23. quanquam.
ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. 1.
ff. de relig. & sumpt. fun. l. fed. si quis. §. plericq;.
ff. de nouat. l. si pupillus.
C. depos. §. pen.

Cautio ex abundanti non tenet.

C. de iur. dot. l. auia.
C. de pact. pig. l. 1.
C. de fideiuss. l. non rectè.

ff.ut lega.uend fideicom.l.hæc ſtipulat.
ff.de procura.l.licet.§.ea.
ff.mand.l.2.1.reſponſ.

Cautio ex abundanti,&c.] Illud certum eſt,quòd ſi cautio pręſtita ſit ſuper eo, in quo committi non poſsit,nulla eſt.ut ff.ut leg. uel fideicommiſſ. nom.l. hæc ſtipulatio.§.diuus.& ff.de procura.l. non cogendum §.ult.& ut in contraria Rubrica dicitur. Vbi autem committi poteſt,ſed nō habuit neceſſe eam præſtare,nihilominus tenet:ut in legib.ſub hac Rub.poſitis notatur,& præcipuè in ff.fam.herc.l.qui erat hæres in fi.& ff.de fideiuſſ.l.Græcè.§.à tutore. Nec ad rẽ pertinet,quod legitur in ff. de redhib.l.quòd ſi non. §.quia.& §.in fac. quia ibi non ex abundanti, ſed ex neceſsitate & utilitate præſtita fuit.

Cauſa cognita ante tempus cauendum.

ff.de iudic.l.in omnibus.
ff.de furt.l.quidam.
ff.pro ſocio.l.pro ſocio.
ff.qui ſatiſd.cog.l.inter.
ff.quando act.de pœ.an.l.1.§.3.
ff.de pet.hær.l.quod in diem.

Cauſa cognita,&c.] Bene dixit,Cauſa cognita:nec enim ſemper eſt aliquis cogendus.ut ff.de cond.cauſa dat.l.dedi.

Cautio ad id facta intelligitur,de quo cautum non erat:non ad id,de quo cautum fuerat.

ff.de leg.1.l.ſi quando.l.ſi quis uxo.
ff.de contrab.empt.l.cum res tibi do.& l.ea quæ.
ff.ad mun.l.1.

Cautio ad id facta,&c.] Hoc ideo dicit, ne ſine effectu uideatur interpoſita ſatiſdatio. ut ff.ad munic. l.1.in

l.1.in Aut.ut nulli iudicum.§.necesse.

Sufficit alicui, si uelit iurare, cum aliàs non possit satisdare.

In Instit.de satisdatio.
C.de episcopis & cler.Aut generaliter.
C.de assert.toll.l.1.

Interdum non sufficit, sed res sequestratur.

C.de ordi.co.l.ult.
ff.qui satisd.cog.l.si fideiuss.§.ult.

Sufficit alicui,&c.] Hoc est regulare. Fallit autem quandoq;, ut in sequenti Rubrica continetur. interdum non sufficit, propter personæ suspicionem.

Differentia cautionis & satisdationis.

C.de uerb.sig.l.sancimus.

Differentia,&c.] Hoc est de uerb.sig.quandoq; tamen ponitur cautio pro satisdatione: ut C. de protut.l.seruum.§.ait prætor.

De quo specialiter cautum est, generali cautione non contineri.

ff.de uerb.ob.l.Stipulanti.
ff.ad l.Aquil.l.si seruus.§.cum eo.

De quo specialiter cautum,&c.] Quasi dicat: Generalis clausula refertur ad ea, quæ specialis non complectitur. ut ff.quib.ex caus.maio.l.sed & si per.§.deinde adijcit.& de uerb. oblig.l.doli.

DE SCRIPTVRIS.

RVBRICA XXXIX.

In his casibus est scriptura necessaria.

C. de sacros. Eccl. Aut. presbyter, diaconus.
C. de mand. prin. l. si quis.
C. de ep. audien. Aut. liberi.
C. de aduo. diuer. iu. l. in petit.
C. arb. tute. §. 1.
C. de non num. pec. Aut. hanc.
C. de donat. propt. nup. Aut. ex decur.
C. de nupt. Aut. maximè.
C. de iur. emphyt. l. 1.
C. de nat. lib. Aut. item siue. & Aut. hoc cum quis.
C. quando mul. tut. off. fung. Aut. matri.
C. de testamentis. Aut. quod sic.
C. de iur. delib. l. sancimus. §. cum autem.
C. quomodo & quando iud. Aut. qui semel.
C. de sen. ex breuicu. recit. l. 1. & 2.
C. de Lat. lib. toll. §. si quis.
C. de accus. l. actorum.
C. de annal. except. l. ult.
C. de bon. aut. iud. poss. l. ult.
C. de dona. l. si quis. l. sancimus.
C. de appell. l. eos qui. §. ult.
C. de prædi. minor. non ali. l. si unum. §. ult.
C. de testibus. l. 1.
C. fam. herc. l. ult. §. secundum quosdam.
C. de litis contest. Aut. offeratur.
C. de iudicijs. l. apertissimi.
C. de his qui ueniam. l. 2.
C. de appell. l. à sentent. §. ult.
In Instit. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. sed &.
ff. de libell. l. post.

ff. de fideicommiss. lib. l. cum uerò. §. hæc.

In his non est necessaria, maximè si de facto constet.

C. de contrah. empt. l. non ideo.
ff. de acquir. poss. l. 2.
C. de donat. l. in extraneo.
C. de fid. instrum. l. non idcirco.

In his casibus scriptura, &c.] Generale est, ut tantam efficaciam habeant testes, quantã & instrumenta: ut in contraria Rubrica dicitur. Fallit autem in casibus, ut in hac Rubrica continetur. Et est ratio: quia quædam sunt alijs solenniora, quædam uerò, sicut & facta sunt, uoluit lex seruari. ne ergo aliquid decidat à memoria hominũ, maluit scripto cõmendari.

Scriptura non est standum.

In Aut. ut sponsal. larg. §. 2.
C. de lib. caus. l. nec si. l. iubemus.
C. de probat. l. non epistolis.
ff. de pact. l. epistolas.
ff. de comp. l. ult.
ff. de pig. act. l. Gaius.
ff. de instit. act. l. ult.
ff. de mand. l. creditor.
ff. quib. mod. pig. sol. l. sicut. §. si debet.

Scriptura standum est, & si contrà factum sit.

C. de arb. tu. l. ult.

Scripturę non est standũ, &c.] Quod in hac Rub. continetur, indubitanter uerũ est. quod aũt allegat in contraria Rub. C. arb. tut. l. ult. est ideo: quia inuẽtarium fit cum grandi solennitate, scilicet publicarum personarum: puta iudicis, consulum, & tabellionum pub. ut ff. de admin. tut. l. tutores & curatores. Vel

res. Vel dic, ubi non est scriptura per tabellionem facta, probat tutor per duos testes: ubi autem fit per tabellionem, non est ita. nec enim magis duobus testibus creditur, quàm scripturæ, imò magis scripturæ. si uerò quatuor essent, uel quinque, contrarium esset.

Propria scriptura non obligat.

C. de proba. l. non epistolis.
C. de lib. caus. l. nec si. l. iubemus.
C. de pact. l. epistola.
ff. mandati. l. creditor. in fine.
ff. quib. mod. pig. sol. l. sicut. §. si debitor.
ff. de pig. act. l. Gaius.
ff. de instit. l. ult.

Propria scriptura, &c.] Euenit quandoq; , ut quis emittat cautionem suam ad obligandum: ad quod est inualida, nisi in mutuo. ut in Instit. de oblig. quæ ex delict. ut in hac Rubrica dicitur.

Licet propria scriptura non inducat obligationem, inducit tamen præsumptionem.

ff. deposit. l. publica. §. ult.
ff. de leg. 3. l. cum quis decem. §. codicillis.
C. de quadrien. præs. l. 2. §. ult.

Licet scriptura, &c.] Vbi emitto meam scripturam ad probationem, siquidem aliquam causam adijciam, fit mihi prejudicium. ut ff. de probat. l. cũ de indebi. §. ult. & C. de non num. pec. l. generaliter. & l. si ex caut. Si uerò causam non adijciam, mihi nõ præiudicatur. ut ff. de probat. l. cũ de indeb. §. ult. & C. de non num. pec. l. generaliter. & l. si ex caut.

Ordo

Ordo scripturæ seruandus est, sed & facti, & solutionis.

ff. de procur. l. si quis cum. §. ult.
In Aut. de hær. & Falc. §. 1. in fine.
C. de edict. diui Ad. tol. l. 1.
ff. de usufr. l. sed & si. §. 1.
ff. de usufr. l. quoties. cum omnibus suis concord.
ff. de uulg. sub. l. 2. §. post. sed quædam glo. ibi posita. In alijs tamen libris totam conditionem soluit.
ff. de stip. seru. l. ant. pen.
ff. de leg. 2. l. 9. uel 3. §. penult.
C. de fideicom. l. 1. §. generaliter. §. si quis.
ff. qui & à quibus. l. si quis hæres.
ff. de hær. instit. l. qui soluendo.

Non est seruandus.

In Instit. de leg. §. pari ratione.
ff. de usu & hab. l. per seruum. §. in summa.
ff. de usufr. earum rer. quæ usu consu. l. si tibi.
ff. de uulg. subs. l. 2. §. ult.
ff. de leg. 2. l. cum pater. §. fideicom.
ff. de solut. l. in his. §. cum nec.
C. de testamentis. l. præpositis.
ff. de dam. infect. l. si finita.
ff. de pecul. leg. l. quidam.
In Instit. de inutil. stip. §. item si quis.
C. de appell. l. 1.
In Decret. dis. 52. solliciti.
ff. depos. l. si hominem. §. item.

Ordo scripturæ, &c.] Ordinem seruamus, quotiens quæritur, quis homo cui personæ debeat præferri in aliquo obtinendo: ut in contraria Rubrica continetur. Vbi autem nō hoc quæritur in personis, sed hoc, an ualeat scriptura, an testamentum, uel in qua causa debeat accepta ferri pecunia: nec spectamus ordinem

ordinem scribentis, sed ius: ut in contraria Rub. continetur. Et est ratio: quia prælatio ex ordine considerat an ualeat, uel non, de iure.

Rei ueritas potior habetur, quàm quod scriptura contingit, errore uel simulatione: hoc est, plus ualet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.

C. si contra ius uel util. pub. l. 1.
C. de transl. cum ea.
C. de err. aduoc. l. 2.
C. de probat. l. cum precibus.
C. si cert. pet. l. si uerò non.
C. ad Vell. l. pater.
C. de non num. pec. l. si quasi.
C. de usur. l. 1.
C. si quis alteri, uel sibi. l. multum.
C. de don. inter uir. & ux. l. 2.
C. de testam. l. errore.
ff. de stat. hom. l. Imperator.
ff. de off. præs. l. illicitas. §. ueri.
ff. mand. l. qui negocia.

Rei ueritas, &c.] Hæc Rub. exposita est suprà in illa Rub. Scripturæ non est standum.

Charta in aliqua parte falsa, uel cancellata, non est in totum reprobanda.

C. de transl. l. si ex falsis.
C. de donat. l. sancimus.
C. fam. herc. l. ult.
In Aut. cum de appell. co.
ff. de iur. delib. l. si negocium.
ff. de leg. 2. l. cum filius.

ff. de

ff.de usufr.l.placuit.
ff.de stip.ser.l.etsi.
ff.de contrah.empt.l.si fundus.
ff.de lib.cauſ.l.libertus.§.ſi duo.
ff.ſi cert.pet.l.certi.§.quoniam.
ff.de inoff.teſt.l. Titia.
ff.de conſtitu.pec.l.hactenus.§.ſed ſi.
ff.qui & à quibus manumit.l.ſi quis habens.

Contrà.

ff.de teſtibus.l.1.
ff.de fideiuſſ.l.Græcè.§.illud.
ff.ad Maced.l.ſed iul.non ſolum.
ff. fam.herc.l.in hoc iudic.
ff.de ſer.ruſt.præd.l. una eſt uia.
ff.de recept.l.parauí.§.etiam ſeruum.
ff.de procur.l.in cauſæ.
C.de uet.iur.enuc.l.ult.§.hoc autem.
ff.de aq.quot.& æſtiu.l.1.§.Trebatius.§.ſequens.
ff.de teſtibus.l. producet.
C.de iur.delib.l.quoniam.
C.de edic.diui Adri.tol.l.ult.

Charta in aliqua parte,&c.] Si charta in aliqua ſui parte ſit falſa, in alijs ſuis partibus uel capitulis ſit uera,non reprobatur.ut C.de tranſ.l. ſi ex falſis.& ff.de his qui in teſta. delend. l. proximè. Et ita intelliguntur omnes leges, quæ in iſta Rubrica poſitæ ſunt:nec obſtant leges inductæ in cõtraria Rub.qua ſi in totum debeat reprobari ob id, quod in aliqua ſui parte approbari non poteſt. Loquuntur enim leges in contractibus, uel quaſi.ut ff.de fideiuſſ.l. fideiuſſ. §. illud. & ff. de recept.l. parauí. §. ultimo. & ff.fam.herc.l.in hoc.Vel intelligit etiã in eodẽ capitulo:in alijs.n.nec charta nec contractus eſt reprobandus.Itẽ nõ obſtat,q dicitur ff.de teſtib. l. producí. &

de edict.

de edict. diui Adr. l. aliq. toll. ibi non constabat, alias partes esse ueras, uel testem qui semel tulit, reum, qui postea probatur esse bonus, imò dubitatur. Item nõ obstat, quod dicitur de aq. quot. & æst. l. 1. §. item quæritur. quia una aqua ab alia separari non poterat, alioquin aliud esset: ut in eadem l. continetur, §. Trebatius. Hîc autem separari unum ab altero, scilicet uerum à falso potest. Item non obstat, quod dicitur ff. de procur. l. in causæ. quia ibi domino sua inconstantia obijci potest: quia semel omnia cõcessit, uult autem postea particulatim auferre. hîc autem talis inconstantia proponi non potest: nec enim qui producit instrumentum, aliquid potest dici consensisse, uel denegasse.

Nec in totum reprobanda, nec in totum approbanda, sed in alijs partibus præsumitur esse falsa, quod ad id quod proferens probauerit.

C. de probat. l. iubemus.
ff. de accusa. l. si cui. §. illum.
ff. de suspect. tut. l. tutor. §. quæri.
C. de caduc. toll. §. his ita diffi.

Nec in totum, &c.] Quid iuris sit, ubi cõstat, chartam in quadam parte falsam, & in alia ueram, dictũ est suprà prox. Si autẽ constat, eam esse falsam in parte, de alia uerò dubitetur parte, præsumitur in totũ falsa: ut in hac Rubrica continetur.

Vt liceat repetere, uel posteriorem scripturam terminare.

ff. de pact. do. l. cum pater inter. §. cum.

ff. de

ff. de iur. & fac. ign. l. ult.
C. de probat. l. 3. §. ult.
ff. de pact. l. item quæritur. in fin.
ff. de re iud. l. repe.
C. de impub. & aliorum sub.
ff. de leg. 2. l. cùm pater. §. ob legatorum.
C. fam. herc. l. quot.
C. de condict. & demon. l. auia. §. libertis.
ff. de usur. l. si ab eo.
C. de iur. dot. l. etsi.
ff. de instrum. leg. l. 3. in fin.
ff. de alim. leg. l. uerb. §. Gaio.
ff. de uerb. ob. l. qui sicut.
ff. de dol. except. l. ult.
In Instit. ad l. Aquil. §. quemadmodum. §. ñ.
ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum.
C. de donat. ant. nup. l. ult.
ff. de leg. 3. l. Latinus deb. §. 1.
ff. de condi. insti. l. cum seruus.

Contrà.

C. de usur. l. eos qui.
ff. de contr. empt. l. qui fundum.
C. de caduc. toll. §. 2.
ff. de leg. 1. l. si quis à fide.
ff. de alim. leg. l. libertis.
ff. de fideicommiss. lib. l. ult.
ff. de reb. du. l. ult.
ff. de fund. instr. l. Seie.
ff. si cui plus quàm per l. Falc. l. 3. §. 1.

Vt liceat, &c.] Sicut in hac dicitur, licet alicui repetere in sequenti, quod dixit in præcedentibus: nec enim semper dico præsumi repetitionem, nisi id actũ sit expressim, uel tacitè ex tenore & consequẽtia scripturæ appareat. ut C. de usur. l. per repetitionem. &

ff.de regul.iur.l.licet.& l.si quis à filio.& ff.de adim. leg.l.libert.& ff.de fideicommiss.lib.l.ult.& ff. de contrahend.empt.l.qui fund.Et ita determinãtur leges cõtrariæ Rubricæ,quæ uidẽtur facere ad rem.Sequitur & aliud in Rubrica, ut liceat per priorem scripturam determinare sequẽtem quod uerum est.Itẽ, per sequẽtem determinatur prior. ut ff. de leg. 3. l. si seruus plurium.§.ult.

DE DOMINIO ET POSSESSIONE, ATQVE TRADITIONE.

RVBRICA XL.

Ipso iure quis cadit à dominio sed non ab actione.

In Aut.de nupt.§.si quis uerò.
In Aut.ut defuncti.
C.si mancip.ita fue.al.l.socio.
C.locati.l.ult.
C.de secund.nupt.l.2.
C.de præscript.30.ann.l.si quis.§.sed hoc.
C.quibus ex cauſ.serui.pro præmio ac lib.l.1.
ff.de publi.l.commissa.
ff.de iur.fisci.l.Imperator.

Ipso iure quis,&c.] Hæc Rubrica est nota, nec recipit cõtrarium : speciales enim sunt casus. aliàs enim sine suo facto non definit aliquis esse dominus. ut ff. de rei uend.l.quod nostrum.

Quandoq; per sententiam.

C.de iud.l.properandum.§.si inter.
In Aut.ut litigan.iurent.

Non

Non transit dominium traditione, sine scriptura publica.

C. de suffragio.
C. de fid. instrum. l. contractus.

Contrarium potest argui.

C. rescind. uend. l. dolus.

Non transit dominium, &c.] Hæc est nota, & sunt specialia quæ in ea notantur. & est unum speciale ex legis uoluntate: & hoc ideo, ne clientes litibus irretiti, cogantur aduocatis suis, ad eorum nimiam instantiam, immobilia plerumque metu litis tradere. alterum, ex uoluntate contrahentium, quando id actum est inter contrahentes, ut teneat contractus, etsi scriptura non interueniat. aliàs enim scriptura in alienatione uel contractibus nihil operatur. ut C. de fid. instrument. l. instrumentum. & l. contractus. Contrarium autem ad hanc Rubricam signatum secundum Py. nihil facit ad rhombum.

Voluntas sine traditione dominium transfert.

C. de sacros. Eccl. l. ut inter diui.

Contrà, secundum Py.

ff. de acquir. rer. dom. l. si seruus.

Voluntas, &c.] Hæc sunt specialia, sicut & quæ in prox. Rubrica dicuntur: aliàs enim regulariter necessaria est traditio. ut C. de pact. l. traditionibus. & in contraria Rubrica dicitur.

Sine traditione dominium acquirimus, & sine uoluntate.

C.de dol.l.1.quisquis.
C.de crim.expil.hæred.l.1.
ff.de contrah.empt.l.clauibus.
ff.de fund.dot.l.si fundum.
C.de distr.pig.l. qui prædium.
ff.de acquir.rer.dom.l.liber homo.§.quicquid.

Quod non habeo, transfero, quasi longa manu quæsitum.

ff.de acquir.poss.l.interdum.
ff.de solut.l.pecunia.

Quod non habeo, &c.] Regulare est, ut id demũ transferam, quod habeo. ut ff.de acqui.rer. dom.traditio. Fallit tamen, ut in hac Rubrica dicitur.

Re ipsa sublata remanet proprietas.

C.quibus casibus habenti tut.l.potuit.
C.de quæst.l.nihil.
C.de interdi.mat.l.si patris.
ff.de usufruct.accr.l.interdum pars.

Re ipsa sublata, &c.] Euenit quandoque, licet quãtum ad exitium res amittatur, tamen rei proprietas inhærentis, & priuilegium non amittatur: ut in legibus in hac Rubric. notatis percipi potest. licet in quibusdam legibus possit notari contrarium. ut C.de Lat.lib. toll. in prin. Quæ ergo in hac Rubrica dicuntur, specialia sunt.

Acquiris

Acquiritur possessio & dominium, per gestorem negociorum: quod est mirabile.

ff.de usuc.l.sequitur.§.item Labeo.
ff.de solut.l. cum quis.§.si debitorem.
ff.de neg.gest.l.si ego.

Facilius res corporales, quàm incorporales: & in rem actio, quàm personalis acquiritur.

C.per quas pers.nobis acquir.l.1.
ff.de pecul.l.quam Tuberonis.
ff.pro socio.l.2.

Possessio primò est restituenda.

C.locati.l.si quis conduc.
C.de donat.inter uir.& ux.l.si mater.
C.de post.l.pecul.
C.commodat.l ult.
C.de rei ux.act.l.rem in præsenti.§.primum.
C.qui pot.in pig.l.licet idem ac.
C.quor.leg.l.1.
ff.de precar.l.ult.
ff.de collat.prætor.§.emanc.

Non est.

C,de dolo.l.cum proponas.
C.de cond.indeb.l.cum & so.
ff.de dol.except.l.dol.fact.
ff.de superfi.l.1.§.proponitur.
ff.depositi.l.bona fides.§.ult.

Possessio primò,&c.] Circa hoc distinguí potest, agatur iudicio proprietatis, an possessionis. Si pro-

prietatis, obtinet contraria Rubrica, ut non sit statim possessio restituenda, sed obijciat reus exceptionem, quam potest. ut ff. de dol. exceptione. l. dolo. Si possessorio, obtinet hæc Rubrica, ut non obstante aliqua exceptiõe restituatur. ut ff. quor. leg. l. 1. §. redi/guntur. Magis tamen placet, ut idem dicatur in omnibus, distinctione facta, utrum ordinem lex statuit: puta ut prius possessio restituatur, deinde agatur de proprietate, ut tunc idem seruetur indistinctè. ut C. locati. l. si quis. an' non statuat. ut tunc siquidem reus paratus sit, incontinenti probare, se non debere restituere, is debet audiri: alioquin contrà. ut ff. ad exhibend. l. 2. §. ibidem. & ff. ut in poss. leg. l. si is qui.

Vsufructuarius non possidet. ff. ad exhib. l. Celsus. §. 1.

Possessio condicitur.

ff. quod met. caus. l. si mulier. §. qui.
ff de cond. indeb. l. indebiti. §. sed &.
ff de cond. tritic. l. sed ea.
ff. solut. matr. l. si aliena.
ff. de furt. l. uerum.

Possessio cõdicitur.] Hæc est nota, sicut & sequẽs.

Possessio per iudicem aduocatur.

C. de transl. l. si super.

Possessio per iud. &c.] Hæc est nota.

Possessio sine apprehensione ad suum hæredem transit. ut ff. quibus ex caus. ma. in integ. l. rest. miles. §. uerbum interim. quod non placet, per l. quæ est ff. de acquir. poss. l. cum heredes. Causa.

Dominium pro possessione poni.

C. de long. temp. præscript. l. 1.
C. de rei uend. l. quoties.
l. de act. §. alien.

Contrà.

Contrà.

C.de seruit.l.2.
ff.de contrah.empt.l.cum res.
ff.de iud.l.si deui.
ff.de uerb.sig.l.interdum.

Dominium pro poss.&c.] Nec̃ possessio est dominium, nec dominiũ est possessio: ut ff.de acqui. poss. l.naturaliter.§. nihil.& t.ut in pos.leg. l. si duo. §. ult. Ponitur tamẽ quandoc̃ dominiũ p̃ possessione, ut in hac Rubrica dicitur: & quandoc̃ econuersò, ut in contraria Rubrica dicitur.

Quædam transeunt cum uniuersitate, quæ aliàs non transirent.

ff.de fund. dot.l.1.
ff.de acquir.rer.dom.l.quædam.
ff.de inoff.test.l.penult.§.ult.
ff.mand.l.si man.§.Iul.
ff.de uerb.obl.l.si ita quis.& l.pen.
C.quæ res pig.l.sæpe.
ff.de off.eius cui mand.est iurisd.

Quædam transeunt,&c.] Regulare est, ut quæ trãseunt a 1 nos singulari titulo, transeãt ad nos uniuersali,& ecõtrariò: ut in cõtraria Rub.cõtinetur. Fallit tamẽ, ut in hac Rub. dicitur, & ex uerbis legis apparet. sic enim loquitur, Quædam transeunt,&c. Vnde apparet, aliud in cæteris esse.

DE ALIENATIONE, ET VENDITIONE, ET AESTIMATIONE.

RVBRICA XLI.

Præcisè tenetur uenditor rem tradere.

In Instit.de donat.§.perficiuntur autem.

C.de contrah.empt.l.ult.
C.de rescind.uend.l.non.est.
ff.de act.empt.l.sicut eum.& l.ex empto.
ff.de hær.uel act.uend.l.2.§.illud.§.qui facti.
ff.de furt.l.causa.
ff.de iur.iur.l.si duo.§.si quis fundum.
ff.de leg.1.l.si domus.§.si peculium.& §.alicui.
ff.si cert.pet.l.2.
ff.de cond.ob caus.l.ult.§.si ob rem.
C.de fabricen.l.1.
C.si cert.pet.l.non ad.
C.de fideicommiss.libert.l.1.& ult.
C.de donat.l.si quis argentum.
ff.de leg.2.l.fideicomm.§.si seruo.
ff.de eo quod cert.loc.l.2.§.2.
ff.de oper.nou.nunc.l.stipulatio.§.siue.

Propter tale inconueniens, ne semper dicat, se non posse tradere.

ff.de contrah.empt.l.si cum fundum.§.fe.
ff.de hær.uend.l.2.§.peruenisse.
C.de act.empt.l.si ancillam.

Tunc demum præstando interesse liberatur, cum rei possessionem amisit sine dolo.

ff.de act.empt.l.si quis seruus eius.
Differ. Mart. & Alber.
in Decret.ca.1.q.1.qui studet.

Non tenetur: quia sufficit, si uelit interesse præstare.

C.de fid.instrum.l.contractus.
C.de hær.uel act.uend.l.qui tibi.
C.de act.empt.l.si traditio cum in rem.

C.de

C. de iur. emphy. l. ult.
ff. de act. empt. l. 1. ex empto. §. inde si ancillam.
ff. quibus mod. pig. sol. l. uoluntate.
ff. de procur. l. non cogendum. §. multus.

Si rem habet, tradat: si non, interesse.

ff. de leg. 2. l. mortuo. §. Labeo.

Præcisè tenetur, &c.] Verum est, uenditorem ad rem tradendam præcisè teneri, sed liberatur præstando interesse: ut in contraria Rub. dicitur. Nec obstat, quod in hac. Rub. dicitur, per quædam argumenta, quòd debeat imponi tradēdi necessitas. Illud enim est notādum, an factum sit in obligatione, an datio: si datio, hoc est, quia obligatus quis est facere accipienti, omnino debet facere id, si potest. ut ff. de uerb. oblig. l. ubi autem non apparet. §. ult. quòd si non faciat, certum est, quòd non iuratur in litem, nisi actio esset arbitraria. ut ff. de in litem iur. l. in actione. aliàs puto manu militari rem posse auferri. arg. ff. de rei uend. l. qui restituere. & in Instit. de act. §. aliæ. Si autē factum cōtineatur in obligatione, præcisè ad id pōt agi. ut ff. de op. no. nun. l. stipulatio. §. siue. nisi specialiter lex permittat solui interesse, ut liberetur ab obligatione. ut ff. de procur. l. nō cogendum. & l. mutus. §. ult. Ad quid ergo uenditor est obligatus? Respondeo, ad factum: id est, ad traditionem, non ad dationem. nam traditio facti est, ut probatur per hoc, ff. de usur. l. si stipulatus. & tit. de act. emp. l. ex empto. §. idē Neratius. & l. Iul. §. possess. aut. Igitur secundū prædicta, præcisè debet cogi ad traditionem? Respondeo: Verum est, sed lex permittit, ut possit præstito interesse liberari. ut ff. de act. empt. l. 1. & C. de act. empt. l. si traditio. Obligatus est ergo sub alternatiōe, ad hoc uel ad illud: unde alterū præstādo liberatur. ut ff. de

iur.dot.Nec obstat, quod dicitur in Instit. de donation.§.alie.In hoc enim est similitudo inter donatorem & uenditorem : quia cuilibet eorum imponitur necessitas, sed uenditori cautiua: id est, si nolit rem præstare,interesse præstet, illi præcisè imponitur necessitas. Quæ in hac 2.& 3. Rubrica dicuntur,intelligũtur esse communiter:aliàs secundũ regulas communes.aliud autem in uẽditore, ut dictum est. Item si alicubi dicatur, necesse habet rem tradere:intelligas causatiuè,ut dictũ est.Item quod dicitur in quarta Rubrica,Tunc demum,&c. falsum est in uenditore,nec probatur per leges ibidem positas. Posset tamen illud admitti,cum res præcisè est in obligatione.ut ff.de leg.2.l.mortuo.§.Labeo.

Iustum precium tempore uenditionis æstimari.

C.*de rei uend.l.ad resc.uolun.*

C.*de rescin.uend.l.ad rescin.*

Iustum precium,&c.] Hæc Rub exposita est suprà eodem,in illa Rub.Tempore contractus,&c.

Non habetur ratio affectionis.

ff.*si quadrup.paup.l.ex hac lege.*

Emptor se bonam fidem habuisse probare debet.

C.*si ignorans rem.l.si quanquam.*

Precia rerum communiter,non ex affectione æstimari.

ff.*ad l. Aquil.l.si seruum.*

ff.*ad l.Falc.l.precia rerum.*

ff.*ad Treb.l.1.§.si hæres.cum suis concordant.*

Precia rerũ,&c.] Hoc regulare est:quandoq; n.qs ex sua affectione æstimat, unde aliàs quãdoq; iurat in litem.

in litem. Itē aliàs quandoq; ęstimat interesse meū, ratione affectionis. ut ff. mand. l. cū seruus. Itē quādoq; agitur ad singulare interesse. ut ff. de act. empt. l. 1.

Aestimatio facit ueram uenditionem.

C. de iur. dot. l. quot.
ff. locati. l. 3.

Contrà.

ff. de iur. do. l. cùm poss. §. cùm res.
ff. de pig. act. l. si creditor.

Aestimatio, &c.] Quod in hac Rub. dicitur, uerū est tūc demū, cùm eo animo fit æstimatio, ut ipsa prę stetur: alioquin si fiat, ut appareat quāti res sit facta deterior, contrà est. ut C. de iur. dot. l. si inter. ut in cōtraria Rubrica dicitur.

Aliquem posse alienationi consentire, qui non possit alienare.

ff. de man. l. si pater. in fin. & l. tertia.
C. de pact. l. ult.

Cui uendere permittitur, etiam pignorare.

ff. de pig. l. sed & qui.
ff. de reb. eor. qui sub tut. l. si pupilli. §. si emptor.

Aliquem posse donare sine decreto, non uendere.

l. com. de pact. Rub. prædium minor.
C. de præd. siue decret. l. ult. uel 10.

Aliquem posse distrahere, non donare.

ff. de pact. l. contra iuris ciuil. §. ult.
ff. quæ res pig. uel hypot. l. 1. §. ult.
ff. de donat. l. filius.

Aliquē posse distrahere, &c.] Verbū distrahere, malè fuit positū in Rub. nec. n. fit in l. distractiōis mētio: sed hęc est sentētia ibi, ut donare qs nō possit, etsi li-

beram

beram habeat administrationem. imò nec distrahere potest, qui habet liberam, sicut nec donare. ut ff. pro empt. l. qui sine. & l. qui fundum. §. tutor.

De reuocanda re, quæ alienata est.

C. de condic. ob caus. l. 3. & l. ea lege. §. si ita. & §. dum. & §. tutor.
C. de pact. inter empt. & uend. l. qui ea.
C. de donat. caus. mor. l. qui mortis.
C. de donat. quæ sub mod. l. 1.

Vel si contra illud factum fuerit.

In Aut. de nup. §. quia ius.
C. de reb. al. non alien. l. sancimus.
ff. de contrahen. emp. l. si quis sub. §. qui fundum.
In Aut. ut decæterò. §. quicunq;.

De reuocanda re, &c.] Super reuocatione alienatæ rei uerũ intuentibus, ita uidetur distinguendum: prohibeatur à testatore alienatio, an à contrahente. In primo casu, datur rei uendicatio ei, cuius causa testator prohibuit alienationem, uel si non appareat persona, cuius gratia prohibuit alienationem, impunè alienatur. ut ff. de leg. 1. l. filius fam. §. diui & de leg. 2. l. cum pater. §. libertis. Et est ratio, cùm ex sola defuncti uoluntate transeat dominum, etiam sine traditione: ergo eadem ratione debet re transferri. At in secundo casu, licet cõtrahens prohibeat, nihilominus recedit dominiũ: quia sicut nudo pacto non transfertur dominium, ita nec sine traditione trãsfertur. ut C. de pact. l. traditionibus. & de cond. caus. dat. l. ea lege. Excipitur in casu. ut C. si man. ita fuer. alien. l. ea quidẽ. Nec obstat, quod dicitur in C. de reb. al. non alie. l. ult. nec enim uetat lex illa transire dominiũ, ubi pactũ cõtrahentium prohibuit alienationem: sed dicit, quæ uideãtur esse prohibita, cùm lex, uel pactum, uel testator prohibet alienationem.

Quæ

Quædam non recipiunt uenditionem, recipiunt tamen diuisionem.

C. de prædi. min. l. inter omnes.
C. de fund. dot. l. mariti.
C. de litig. l. ult.
C. de plag. l. in fuga.

Contrà.

ff. comm. diuid. l. in hoc iu. §. 2.
ff. pro soc. l. idemq;.

Quædam nõ recip. &c.] Regulare est, ut quæ uendi possunt, & diuidi. Fallit tamẽ quandoq;, ut in personis eorum, qui prohibentur alienare: conueniuntur tamen nihilominus communi diuidundo. Et est ratio: quia fit talis alienatio per actionem communi diuidundo, ex necessitate. ut ff. de cond. fur. l. eleganter &. ut in hac Rubrica. & econtrà, quædã propter pactum non agunt communi diuidundo: uendunt enim, ut in contraria Rubrica.

Priuilegium & omnis causa in accipientem transit.

ff. de priuil. fisci. l. ult.
ff. de contr. emp. l. alienatio.

Non transit.

ff. de iud. l. sed etsi res.
ff. de excep. rei iud. l. si à te. §. illud.

Priuilegium, &c.] Priuilegium, siue ius personale in alium transire non potest, ut in contraria Rubrica dicitur. ubi autem non est personale, contrà. ut ff. de aq. quot. & æsti. l. 1. §. pen.

Ius uenditoris transit in emptorem.

ff.fam.herc.l.hæredes.§.cum ego.
ff.de except.rei iud.l.si à te.§.iul.l.si mater.§.item.

Ius uendit.&c.] Hæc Rub. in superiori cõtinetur.

Quædam non alienantur per hominem, sed per legem.

In Aut.quæ med.morb.
ff.de acquir.rer.dom.l.quædam.
C.de præscript.long.temp.l.1.
ff.ad Silla.l.si quis ingra.
C.de asser.toll.l.1.§.omnes.
ff.de eo qui protu.l.si is.

Quædam non alienant. &c.] Hoc locum habet, ubicunque quis ipso iure cadit à dominio.ut suprà eo.Ipso iure,&c.

Cùm quis soluit precium,uenditione etiam retractata,non potest ipsum repetere.

C.de sacros.eccl.Aut.qui contra res.
C.ne rei dominicæ.uel.l.2.
ff.de euict.l.si fundum.
C.de his qui uen.æt.imp.
C.de præscript.30.annor.l.1.
C.de agric.& cens.l.quemadmodum.
C.quod metus causa.l.pen.siue pars.
ff.de usur.l.placuit.
C.de præd.curial.l.1.& 2.
ff.de leg.1.l.si seruus.
ff.de rescind.uend.l.pen.& ult.
ff.de act.empt.l.emptorem habere.§.1.& ult.

Distingue,an sciuerit,an ignorauerit:ut si sciuerit, non possit ad preciũ agere,nisi sibi stipulatione præuidit.ut C.cõmu.utriusq; iud.l.si fratris uno.ut quidam dicunt.nec tamen propter causam, quæ in fine illius

illius legis, C. de agri. & cens. l. quemadmodũ ponit. Si ignorauerit, sine cautione ei consuletur.

Cum quis soluit, &c.] Hæc sunt specialia, propter delictũ contrahentis: aliàs enim, sicut uenditor rem, ita emptor precium debet recuperare. ut C. de prę. uel alijs reb. l. inter. ne unquã contingat, ut re careat, & preciũ amittat. ut ff. de act. emp. l. emptorẽ. §. ult. Py.

Emptorem non esse melioris conditionis, quàm uenditorem.

ff. ad Vell. l. si mulier hæres. §. 1.

Emptorem melioris, &c.] Quid mirũ, cũ in eius locum succedat: ut ff. de re iud. l. his. §. non debeo.

Aestimationem loco rei haberi.

In Instit. de leg. §. si res alie.
C. de cond. ob turp. caus. l. 1.
ff. de neg. gest. l. ult.
ff de pet. hær. l. quod si in.
ff. quod met. caus. l. si ipsa.
ff. depos. l. 1 §. ult.
ff. de usufr. l. quia præ. l. si usufr. §. usufr.
ff. de pecul. l. sed & si quis.
ff. quæ in fraud. cred. l. quia.
ff. de hær. uel act. uen. l. uenditor.

Contrà.

ff de pet. hær. l. nec ullam. §. pen.
ff. de lib. hom. exhib. l. 3. §. hoc.
ff de uerb. obl. l. si Stichum.
C. de rei uend. l. si is.
ff. de furt. l. qui uas. §. ult.

Aestimationẽ, &c.] Licet preciũ succedat loco rei ad multa, ut in hac Rubrica dicitur: fallit tamen in quibusdam, ut in contraria Rubrica dicitur.

DE

DE QVAESTIONIBVS.

RVBRICA XLII.

Quædam ponuntur in quæstione, & de quibusdam tantum respondetur.

C. ad exhib. l. si res.
ff. si ager uect.
ff. de seruit. urb. præd. l. binas.
ff. de cond. furt. l. 4.

Argumentum, quod ad utrumq; uideatur responsum.

C. de diu. rescrip. l. 1. & 2.
C. de aduoc. diuer. iud. l. restituendum.
In Aut. ut liceat matri & aui. §. ad hæc.

Quod responsum est in uno, uidetur responsum in alio.

In Instit. pro soc. §. illud expe.

Quædam proponuntur, &c.] Hæc est nota, ut in sequenti Rubrica dicitur, ratione similitudinis ad utrumque uidetur responsum. ut C. de diuer. resc. l. 1. secus, ubi apparet alia ratio in omisso: puta ius uetus, quod cuilibet in uno capitulo sit derogatũ per nouam constitutionem, in alio tamen, in quo non fuit facta responsio contraria, iure antiquo est tenendum. ut C. de temp. & re. l. 2. §. ult. Item intelligendũ est hoc in respõsione quæstionum, non promissionum. ut in Instit. de inutil. stip. §. quoties. & ut infrà proximè dicitur, quando duæ quæstiones, &c.

Vbi

Vbi duo connumerantur, sufficit, si ab altero incipiat.

ff. de acquir. rer. dom. l. possideri. §. Imperator.
ff. ad exhib. l. tigni. §. ult.
C. de iur. delib. l. potuit.
C. de inoff. don. l. pen.
Contrà, ff. de itine. act. pr. l. unde. §. hoc autem.
Cont. ff. de hær. instit. l. si alien.
Cont. ff. de transf. l. cum his. §. si prætor.
Cont. ff. solut. matr. l. de diuisione.
Cont. ff. de diuor. l. ult.
Cont. ff. si quis test. lib. l. 1.
Cont. ff. quib. ex caus. in poss. ea. l. Fulcinius.

Vbi duo connumerantur, &c.] Regulare est, ut si duo exiguntur, non sufficiat alterum fieri. ut ff. de diuor. l. ult. in prin. & in Instit. de hære. §. si plures. Fallit tamē quandoq; si ab uno incipias: ut notatur in legib. sub hac Rub. notatis.

Quando duæ proponuntur quæstiones, si uni responsum est, in alia contrarium intelligitur.

In Instit. de inutil. stip. §. quoties.
C. de sacros. eccles. Aut. quas acti.
C. de annal. except. l. 1. in fin.
ff. de pig. act. l. si pignus.
ff. de minor. l. etsi. §. restitutus.
ff. de euict. l. quod dicitur.
ff. de lib. caus. l. in seruo emente.

Quando duæ proponuntur, &c.] Hæc R. expō sita est s̄. eo. in illa R. Quædā propo. &c. lex. n. primò in Rub. posita, facit ad responsionem istā, ut ibidem diximus: aliæ uerò nihil probant de eo, quod R. po nit; sicut ex tenore legum cuilibet attendere licet.

DE CONFESSIONIBVS.

RVBRICA XLIII.

Confessio contra ius facta, nocet.

C. de iur. & fact. ig. l. 2.
C. de pact. l. postquam.
ff. de redh. l. quæro. §. ult.
ff. de adult. l. si maritus. §. sin ego.
ff. de don. l. si. patronus. §. de illo.
C. de testib. Aut. rogati.
ff. depos. l. publia. §. 1.
C. de non num. pec. l. si ex.
ff. de probat. l. cùm deinde. §. quidam quasi.
C. de fal. causa adiec. l. si do. §. 1.

Non nocet.

In Decre. 2. q. 1. in primis ubi ordinabitur.
C. de lib. caus. l. nec si. l. nec omnes parentes.
ff. de iur. & fact. ig. l. cùm falsa.
C. de ingen. man. l. si te.
C. de non. nu. pec. l. si ex caut.
C. arbit. tut. l. ult.
C. de fide instru. l. si aduersus.
ff. de sepul. uol. l. prætor. §. si is cuius.
C. de dot. caut. & non num. l. ult.

Confessio, &c.] Confessio extra iudicium nõ nocet, ut in contraria R. dicitur. Caue tibi tãtum, quid sit confessio. Est autem cõfessio, dubiæ quæstionis, & propositæ enodatio, uel per negationem, uel per affirmationem. Non igitur obstant, quæ proponũtur in hac R. de pactis tacitis & expressis. ut C. de pact. l. postquam. & ff. de donat. l. si patronus. Nec. n. ideo, quia confitearis, sed quia paciscaris, tibi præiudicat.

dicat. Similiter respondeo ad illam legem, quę est ff. de adult. l. si marítus. §. si nega. nam & ibi ex renunciatione quam facit, non ex confessione sibi prę iudicat. Fallit aũt in cõfessione solutionis. ut C. de testi. Aut. rogati. & de fal. caus. adiect. l. 1. & quãdo ex prę cedenti causa confiteor me debere. ut ff. de pos. l. publia. §. ult. & de probat. l. cùm deinde. §. ult. Excipitur, nisi adijciatur causa mutui. ut C. de non numer. pec. l. si ex cautione. Itẽ fallit hęc regula in seruo, cùm quæritur de suo facto. ut ff. de redhib. l. quæro. §. ult.

Confessio extra ius facta, probationem inducit.

C. de probat. l. non nudis.
C. de lib. caus. l. iubemus.
ff. de probat. l. ult. & l. quidam.
ff. de agno. lib. l. 1. §. Iul.

Alterum alteri,&c.& contrà.] Solutio.Si duo contraria,uel pugnantia petant, uel si talia fuerint duo, quorum unum non patiatur alterum inuicem, dicuntur sibi afferre impedimentum.ut in hac Rub. & ff.de usufr.l.quoties.& de testa.tu.l.duo sunt Titij.& de reb.dub.l.si fuerit.& de hær.instit.l.qui soluendo. Vbi autem sunt duo non contraria, sed diuersa, & quæ se inuicem patiantur, obtinet contraria Rubr. scilicet ut neutrum alteri præstet impedimentum.

Factum alterius alteri prodest.

C.de pact.l.si creditores.
C.si unus ex plur.l.1.
C.ne de stat.defun.l. si is.
C.de bon.aut.iud.poss.l.ult.
C.de temp.in integ.rest.l.pen.
C. de lib.causa.l.principaliter.
C.de furt.l.ult.§.litis.
ff.si quis caut.l.si ser.§.1.
ff.de inof.test.l.2.§.Pap.
ff.de crim.expil.hære.l.rem habere.
ff.si seru.uend.l.loci.§.1.in fin.
ff.de iureiur.l.duobus.§.1.
ff.de usur.l.natura.

Contrà,

Contrà, non prodest.

C.de mag. conue.l.1.in fin.
C.de distr.pig.l.unus ex.
ff.de leg.præ.l.nonnunquam.
ff.de don.inter uir.& ux.l.si spon.§.1.
ff.de oper.nou.nunc.l.de pupil.§.si plurium.
ff.de coll.bon.l.2.§.ult.
ff.de admit.tut.l.qui tutor.§.ult.
ff.de pact.l.si tibi.§.si pactum.
ff.de separat.l.1.§.quæsitum.

Factum alterius, &c.] Hæc duo generalia ita soluuntur, ut diximus s̄.eo. Res inter alios, &c.

Pactum uel delictum alterius alteri prodest.

ff.de mag.conuen.l.2.l.si inter ma.
ff.de of.proconſ.l. obſeruare.

Pactum ſuper una re factum, non nocet ſuper alia.

ff.de pact.l.ſi unus.§.pact.
C.de donat.inter uir.& ux.l.cùm multæ.

DE NEGLIGENTIA ET DESIDIA.

RVBRICA LXIII.

Negligentia ſua cuiq; nocet.

In Lombar.de aggreßione inuito fac.s̄.quæcunq; querela.de incendiarijs.l.ſi quæ ſecundò fuerit.

Deſidem circa ſuum ius damno affici.

C.depoſit.l.ult.
C.de cond.inſert.l.ſi plures.

C.de agri.& cens.l.ult.
C.de transl.l.3.
ff.ad l.Aquil.l.qui occi.§.ult.
ff.de dam.infect.l.qui bona.§.tutus.
ff.si pars hær.pet.l.1.§.si ego.
ff fam.herc.l.Lucius Titius.
ff.de reb.aut.iud.poss.l.si mo.

Desidem non damnisi cari.

In Aut.de appell.co.§.ad hæc.
C.de long.tem.præs.l.quæ pro li.l.1.& ultima.
ff.de uerb.obl.l.si seruus sti.
ff.de fideius.l.fideiuss.credi.
ff.de adult.l.marit.le.

Desidem,&c.& econtrà.] Verũ est, ut in ista Rub. continetur, negligentiam esse puniendam: nec obstat lex cõtraria,in Aut. cum de appel.§.ad hær. quia nihil facit ad rem. Item non obstat, quod legitur in ff.de fideiuss.l. fideiussor creditori. quia non omnis qui negligit,punitur,sed ita, si negligentia sit culpabilis,& eam puniat natura contractus:alioquin contrà.ut ff.de uerb. ob.l. si seruus. in prin.ibi autem nõ erat culpabilis. nec enim hoc ipso sum in culpa,q̃ aliquid negligo: imò quandoq; est culpa, quòd facio. ut ff. de re iudicat.l.culpa. Item nõ obstat, quod dicitur ad l. Iul. de adult. l. mariti. quia ibi punitur negligentia. Item non obstat, quod legitur de præscript. long.temp.quæ pro li.l.1.& ult. quia ibi fauor est libertatis.

ADIECTIO.

Imò uidetur contrà : & ideo soluendum dico quod prima loquitur, ubi fuit in dolo:secunda, ubi fuit

fuit in culpa. Sed non uidetur posse stare propter illam legem, ff. ad l. Rhod. Nam ibi uidetur, quòd in dolo fuit: quare postea perpetuò debet teneri. nam sufficit, semel dolo feciſſe. ut ff. depoſ. l. 1. l. ſi rem. Respondeo, & dico, quòd dolus abfuit, ſed obijciens ſaltem culpa nõ defuit: ergo de damno, quod occaſione ſuæ culpæ ſubſequutum eſt, teneri debet. ut ff. locati. l. uideamus. §. ult. & l. item quæritur. §. 1. Diſtingue ergo, & dic, quòd de ſuo dolo quidem abſolutè tenetur. In culpa uerò diſtingue, an eodem modo perierit, quo erat peritura, uel non. Cauſa.

Alterius negligentiam alteri non obeſſe.

C. depoſit. l. ult.
C. de diuiden. tut. l. 1.
C. de præſcrip. 30. ann. l. cum notis.
ff. de euict. l. rem.
ff. de tranſ. l. 3. §. 1.
ff. de lib. cauſ. l. ſi pater.
ff. de bon. aut. iud. poſ. l. ſi uerò. §. ſi pu. & §. 1.
ff. quæ in fraud. cred. l. pupil.
ff. de nox. l. electio. §. ult.
ff. de inter. act. l. ſi defenſor.
ff. de fideicom. li. l. quum quæritur. §. 1.

Quandoq; obeſt.

In inſtit. de contra. emp. §. ſed.
ff. pro ſocio. l. uerùm. §. ſi cùm.
ff. de hær. inſtit. l. ſi quis Sempro.
ff. de man. teſ. l. ſi ita.
ff. de ſtat lib. l. ſi duo.
ff. de uerb. ob. l. ſi quis arg.

Alterius negligentia, &c. & contrà.] Regulare eſt, ut alicui nõ noceat alterius negligentia, uel iniuria:

ut in tertia Rub. Nec est cõtrà, quod legitur in Instit. de contrah. emp. §. sed. quia ibi non nocet uenditori alterius negligentia, sed sua. Item in ff. pro socio. l. uerùm. §. si cum. Non nocet alterius desidia: quia alter nõ fuit in culpa, ut in litera proponitur: sic enim dicit, Quod facere, &c. Lex autem de uerb. obl. si quis ar. non facit ad rem. Similiter respon. ei, quod legitur ff. de hær. instit. l. si quis Sempro. Ei autem quod legitur de ma. test. l. si ita. respon. quia non nocet alterius negligentia: imò prodest alterius factũ, cum omnes uideantur eam impleſſe, & niſi aliud appareat.

Nec alterius iniuria ad alium transfertur.

ff. de euict. l. emptori fundi.
ff. de fideiuſ. l. except.
ff. de euict. l. ſi per.
ff. rem rat. hab. l. ſi ſine.

Contra negligentes, & alios malos adminiſtratores.

C. ut in poſſ. leg. l. ult.
C. de ſeru. fug. l. mancipium.
ff. de pact. l. imperat.
ff. de tranſ. l. cum hi. §. ſi prætor.
ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus. §. ſi fur.

Contra negligentes, &c.] Hæc est nota.

Desidia uel inertia ſocij, alteri ſocio obeſt.

C. depoſit. l. ult.
ff. de lib. cauſ. l. ſi pariter. in prin.
ff. pro ſoc. l. ſi ſocius.
ff. fam. herc. l. item Labeo.

Desi-

Desidia,&c.] Hîc non loquitur in socijs, sed in cohæredibus, & similibus: alioquin contrà. ut ſ. in illa Rubrica. Quando obest,&c. pro l.ff. pro soc. l. uerum. §. si cum.

COMMVNIA FRAVDIS, ET DOLI, ET culpæ.

RVBRICA LXIIII.

Quod fraude fit, & dolo, fraudem suam nemo debet allegare.

ff. de pact. l. unus. §. de dolo.
ff. de transact. l. transac.
ff. de adopt. l. post mortem.
C. de ser. pig. da. l. si credi.
C. de reuoca. do. l. confir.
C. si minor se ma. dix. l. 2. & 3.

Non uidetur fraudare, qui fraudem excludit.

ff. de acquir. hær. l. si pupillus.
ff. de leg. 2. l. cùm pater. §. fi.
ff. si omiss. caus. test. l. quia. §. si patro.

Fraus nemini prodest.

C. de sacros. Eccl. l. sancimus.
C. de reuoc. don. l. confir.
C. de relig. l. 3. & 4.
C. ad Vell. l. si sine quo.
C. de leg. l. si te.
C. de dol. l. si maior.
C. de usur. l. eos. in fin.

C. ad

C.ad Treb.l.non iuſtam.
C.de tranſ.l.tranſ.ſi.
C.de litig.l.ult.
C.de ſer.pig.dat.l.ſi credi.
C.de uſuc.pro empto.l.ult.
C.de eo,per quem fac.eſt.l.ex hoc.
ff.ſi quis caut.l.2.in fin.& l.ſi duo.
ff.de arbit.l.ita demum.
ff.de inoff.teſt.l.eum qui uul.
ff.ad exhib.l.ſed &.§.pen.
ff.de cond.ob cauſ.dat.l.dedi.
ff.ad Vell.l.ex primo.
ff.ad Maced.l.ſi filius.§.1.
ff.mand.l.hominem.
ff.pro ſocio.l.uerùm.§.tempus.
ff.de act.empt.l.domum.
ff.de euict.l.ſi cùm prætor.
ff.ſolut.mat.l.etiam ſi.§.licet.
ff.quod ui aut clàm.l.ſemper.§.cùm autem.
ff.de dol.except.l.apud.§.mar.
ff.de furt.l.eum qui.§.is autem.
ff.de mag.con.l.1.§.ſciendum.
In Lombar.de fur.l.ſi quis ſeruum.§.autem.

Fraudem ſuã. } Hæc duo ſunt regularia, & ratio-
Fraus nemini. } nabilia,& uix patiuntur exceptio-
nem.

Taciturnitas fraudulosa tacenti obeſt.

In Aut.de nup.§.ſi uerò ab.
C.ſi res al.pig.dat.ſit.l.2.
C.ſi contra ius uel util.publi.l.2.
C.ad Vell.l.ſi ſine.
ff.de inter.act.l.de ætate.§.etſi.
ff.ad l.Aquil,l qui ſoue.§.ſi pup.
ff.de relig.l.ult.

ff.locati.

ff. locati. l. sed addes. §. 2.
ff. de ædil. edict. l. ob quæ. §. in fund.
ff. de hær. uend. l qui autem.
ff. de contrah. empt. l. quod sæpe. §. ult.
ff. de pericul. & com. l. si post.
ff. de dol. except. l. apud Cel. in prin.

Contrà.

ff. quib. mod. pig. sol. l. sicut. §. si consensu.
ff. de furt. l. pen.
ff. de nouat l. doli.
ff. de dol. excep. l. nouatio.

Taciturnitas, &c.] Non obstat, quod legitur in ff. quib. mod. pig. uel hypot. sol. l. sicut. quia ibi non proponitur, dolo tacuisse. Item non obstat, quod legitur de furt l. pen. & de nouat. l. doli ex. quia non uidetur dolo tacuisse, qui utitur suo iure. ut ff. de reg. iur. l. nullus uidetur.

Aliquando datur dolosa actio à lege.

ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. sed & si quis.

Aliquando conceditur ab hom

ff. de re iu. l. in depo.

Aliquando, &c.] Hoc ideo: quia non in eo quod dolo fecerit, sed in alio petit sibi patrocinari.

Aliquando exceptio indulgetur.

C. de rei uen. l. cùm à matre.
ff. mand. l. sed fideiussor. §. in omnibus.

Aliquando conceditur, &c.] Hæc est nota.

Culpa in re propria exigitur.

C. de fals. mo. l. 1.
C. de hæretic. l. 3.

ff. de

ff. de dam. infect. l. qui bona. §. cum.
ff. de aq. plu. arc. l. si inter eius. in princ.
ff. solut. mat. l. si constante. §. si maritus.

Contrà.

ff. de pet. hær. l. si quis post. §. si.
ff. ad l. Aquil. l. lege Aquil.
ff. solut. mat. l. si constan. §. si tamen. & l. etiam. §. licet.
ff. de bon. aut. iud poss. l. prætor. §. meum.

Culpa in re, &c. & contrà.] Solutio. Culpam committere potest quis in re propria, sed eius nomine non tenetur, ut in contraria Rubr. dicitur: nisi illicitum quid in ea exerceat, ut in hac Rub.

ff. solut. mat. l. si cum dotem.
ff. de iudic. l. solet. §. si reus.
ff. de acqui. hær. l. si seruum quis.

Contrà. Aliàs obest.

ff. de relig. & sump. fun. l. seruum.
ff. de fideiuss. l. Vranius.
ff. de reg. iur. l. nec exempt.

Aliquando ab initio culpabilis nunciatur, etiamsi postea sine sua culpa aliquid acciderit.

In Lombar. de furt. l. si seruus interpo.
C. de admin. tut. Aut. nouissi.
ff. de cond. furt. l. ult.
ff. deposit. l. 1.
ff. locati. l. uideamus.
ff. de publi. l. Cæsar.
ff. quod met, cauf. l. si mulier.

Aliquando, &c.] Hæc est nota, sicut & sequens, & 3. & 4.

Aut

Aut nullum culpa ſua acciderit.

ff.quib.ex cauſ.maio.l.ſed & §.ſi.
ff.ad l.Aquil.l.item Mela.
ff.de cond.ob tur.cauſ.l.3 & 4.& 5.
ff.de ſolut.l.Stichus.§.pen.
ff.de reg.iur.l.quiſquis.

Intereſt, an ab initio, an ex pòſt facto ſcientiam rei alienæ habuit, culpam uel dolum commiſerit.

ff.de rei uend.l.ſi in aliena.
ff.de ſolut.l.cùm quis.§.1.
Contrà, C.de inceſt.nupt.l.cum ancill.

Ab initio culpabilis excuſatur, ſi poſtea id ſine ſua culpa euenerit.

ff.quib.ex cauſ.maio.l.antepen.
ff.de iudic.l.3.
ff.depoſ.l.ſi plures.
ff.ad l.Rhod.de iact.l.ult.§.ſi.
ff.de iur.dot.l.ſi is.
ff.quod ui aut clàm.l.ſi aliud.§.eſt.

Aliquando exceptio indulgetur.

ff.de dam.infect.l.qui bona.§.cum ius.
ff.ſolut.mat.l.ſi conſtant.
ff.de aq.plu.arc.l.ſicut eius.in prin.
C.de fals.moneta.l.1.
C.de hæret.l.3.

Aut ſi nullum inciderit, excuſatur.

C.quod met.cauſ.l.iſti.
C.de donat.ante nup.l.2.

ff.quod

ff.quod met.cauſ.l.extat.

Dolum præſumi.

C.de donat.ante nupt.l.ſi conſtan.
C.de hær.l.2.
C.de his,qui ad Eccl.confl.l.ult.
ff.de act.& ob.l.ſi cui.§.quòd.
ff.de pact.l.ſi hominem.
ff.de ſuſpect.tut.l.4.§.idem.
ff.mand.l.ſi procurator.§.ſi igno.& §.ult.
ff.de reg.iur.l.non poteſt dolo.
ff.quæ in fraud.cred.l.omnes.§.Lucius.
ff.de adopt.l.nec ei.
ff.ad l.Fal.l.locati.
ff.de ritu nup.l.ſenatus non ſol.
ff.de admi.tut.l.tutor,qui.
ff.quib.mod.pig.ſol.l.ſicut.§.cred.
ff.de ſuſpect.tut.l.3.§.idem erit.
ff.de acquir.hær.l.ſi is.

Dolum non præſumi.

C.de tranſact.l.interpo.
C.de dol.l.dolum ex.
ff.de acquir.hær.l.tul.de ſcript.
ff.de tut.& cura.l.Seio.
ff.de dolo.l.eleganter.§.ult.
ff.pro ſocio.l.meritò.
ff.quæ in fraud.cred.l.ait.§.quòd.
ff.de probat.l.quoties.§.qui do.
ff.de leg.1.l.cum pater.§.Titio.
ff.de lib.hom.exhib.l.quod & lex.§.ſi eum.

Dolum præſumi,&c. & econtrà.] Generale eſt, ut non præſumatur dolus, ſed probari debeat ex perſpicuis indicijs. ut C.de dol.l.dolum.nec ex omni facto, uel dicto, uel omiſſo præſumitur: ut notari poteſt

test per multa exempla, in contraria Rub. sed ex certis tantum, quæ in hac Rub. colliguntur.

DE ASSEVERATIONE, ET DENVNCIATIONE, ET consignatione, & de prohibitione: & quibus teneatur quis, seu liberetur.

RVBRICA LXV.

Ex temeraria promissione quem teneri.

ff. de act. empt. l. si minor.
ff. de ædil. edic. l. 3.
ff. de instit. l. 5. §. sed & cum.
ff. de pericul. & consens. l. unaquæq;.
ff. de act. empt. l. iul. §. 1. §. quòd autem. §. si unde.
ff. de ædil. edict. l. quod suo. §. 1.

Teneri, qui sine perfusione loquutus sit, siue effuso sermone.

C. de dot. promiss. l. ult. in fin.
ff. de inter. act. l. de ætate. §. ult.
ff. de euict. l. qui liber.

Qui ad faciendum tenetur, non debet expectare, ut sibi nuncietur.

ff. de leg. commiss. l. si fundus. §. ult.
C. de contrah. & com. stip. l. magnam.
Contrà, ff. quorum leg. l. ult.

Protestatio, uel denunciatio prodest, nec nocet assueratio.

ff. de neg. gest. l. Nesennius.
ff. de rei uen. l. aut.
ff. de dol. l. quod uend.
ff. de nego. l. & si. §. idem.

Ex temeraria promissione, &c. Teneri quem, &c. Protestatio, &c.] Istæ Rub. tres contrariæ sibi signatæ, soluuntur quadam distinctione, quam scripsi in ff. de dolo. l. quòd uenditor. Tertia uerò Rub. in eo quòd dicit de protestatione, nota est, cum uenditor cõmendat, aut effuso sermone ita, scilicet, optimus est hic seruus: uel simili modo. aut enunciando specialiter serui aliquam bonitatem, si effuso sermone quandocunq; faciat, id est, siue facta uenditione, siue nõ, coram quibuscunq;, emptore, uel alijs, nullo modo tenetur. si enim enunciat specialiter, aut emptori, aut alij: si emptori, aut animo iactandi, aut animo decipiendi, tenetur de dolo: si deceptus non aliter erat empturus. alioquin ex eo contractu agetur, eo saluo, ut si apparens sit uitium, non teneatur, nisi uenditor in dolo, emptor autem in culpa fuerit, ut hîc dicitur: si non, nullo modo tenetur. cum autem animo se obligandi, semper tenetur actione ex eo contractu. Responsioni huic uidetur contrarium, quod dicit lex, hoc quod licet decipiendi cum dixit, non nascitur actio aduersus dictum uel promissum: ergo est dictum animo obligandi: & ideo non de dolo, sed ex ea promissione est agendum. Respon. Illud uerbum ita exponitur: actio quæ aliàs datur, scilicet quanto minoris, uel ex empto, pro eo quod sit contrà dictum, uel promissum, non dabitur hîc. Si uerò alij enunciauit, ad hoc ut deciperet emẽtem ibi astantẽ, & hîc de dolo tenetur. Si noluit decipere,

decipere, nullo modo tenetur. Hæc colliguntur ff. de act. empt. l. ea. & ff. de ædilit. edict. l. sciendum. & l. si quid.

Denunciatio ex necessitate fieri debet.

In Instit. de excu. tu. §. quòd autem.
In Instit. mandat. §. mandauero.
In Instit. ad l. Aquil. §. item si pu.
ff. ad Mace. l. si filius.
ff. de pericul. & cons. l. rei uen. l. si unaquæq;.
ff. de redhib. l. 1. §. 1.
ff. de iureiur. l. consi.

Attestatio ex necessitate fieri debet.

C. de arb. l. ult.
C. de iur. delib. l. scimus.
C. ad Mace. l. filiusfam.
ff. manda. l. si procura. §. si igno.

In quibus casibus tenet denunciatio, & est necessaria, si uult euitare pœnam, uel damnum.

In Aut. ut lic. mat. & au. §. is quoq;.
In Lomb. de debi. & gua.
C. de neg. gest. l. ult.
C. de nouat. l. 3.
C. de rei uend. l. si fundus.
C. de his, qui per me. iu. non app. l. 2.
C. de ann. except. l. ult.
ff. de eden. l. quædam. §. nec inter.
ff. de neg. gest. l. si ex duobus.
ff. de arb. l. non distin. §. cùm quidam.
ff. de pet. hær. l item ueni. §. petitam.
ff. de inof. test. l. quemadmodum.
ff. de his quæ in fraud. cred. l. ait §. si quis.

ff.ad l.Aquil.l.qui fo.§.si puta.
ff.ad l. Aquil.l.si fun.§.nõ tamen.& l.si quis.§.Proculus.
ff.mand.l.si hominem.§.si pro te.
ff.de nau.fœ.l.2.
ff.locat.l.item quæritur.§.si ex.
ff.de euict.l.sicut diem.
ff.de peric.& com.l.1.§.si quis.
ff.de cura.furios.l.consilium.§.ult.
ff.de usur.l.qui sol.in fin.
ff.ad Treb.l.hæres.§.cum de.
ff.de bon.pos.cont.tab.l.utilis.§.si quis.
ff.de oper.no.nunc.l.1.§.nunciatio.
ff.de dam.infect.l.die.§.prætor.& §.uerè.
ff.quib.ex caus.in poss.eat.l.hoc autem.§.nondum.
ff.de solut.l.si quis seruo.
ff.de adult.l.denun.l.si uxori.
ff.de pœn.l.absentem.
ff.uti possid.l.si duo.§.item.
ff.de leg.præstan.l.iuribus.§.sed ad.
ff.de oper.no. nunc.l.1.§.nunciatio.& §.hæc.
ff.de lib.agnos.l.1.
ff.de cond.instit.l.mulier.
ff.de lib.hom.exhib.l.3.§.si quis.& §.is qui.

In quibus nocet, uel non tenet.

ff.de neg gest.l.Pomp.
ff.de min.l.quod Sceuola.
ff.de publi.l.si quis prohib.
ff.de relig.l.& si quis.
In Aut.de depositi.& de.
C.de litig.l.1.
C. de lib.caus.l.si liber homo.
C.de neg.gest.l.ult.
ff.de fideiuss.l.fideiussor. Contrà.
ff.de oper.no.nunc.l.de pupi.§.si quis.

C.de

C.de rescind.uend.l.si maior.
C.si uen.pig.a.l. 2.
ff.de constit.pec.l.utrum.
ff.de seru.expor.l quæsitum.
ff.de instit.l.si quis.§ si denunci.
ff.mand.l Quintus mu.
ff.quod fals.tu.l.si id,in quod.
ff.de fideiuss.l.si fideiussor credi.
ff.de oper.no. nunc.l.de pu.§.si quis.
ff.de solut.l.Procu.prope fin.
ff.pro empto.l.pen.
ff.de cloac.l. 1.§.si quis.

Annunciatio,&c.] Attestatio,&c.] In quibus casibus tenet,&c.] In quibus non tenet,&c.] Hæ omnes sunt notæ,ut cuilibet patet.

Si certiorauerit,liberatur.

ff.de lib.hom.exhib.l. 3.§.is,qui.
ff.pro suo.l.si ancillam.
ff.de pig.act.l.si quis.in princ.
ff.deposit.l. 1.§.eleganter.
ff.mand.l.fideiussor.§.si de.
ff.de act.empt.l.quæro.
ff.de cond. obturp.caus.l.sæpe.§.si seruum.
ff.de euict.l.si id.§.ult.
ff.man.uind.l.si pater.

Non liberatur.

ff.de acquir.poss.l.si de eo.§.sed eum.

Si certiorauerit,&c.] Solutio. Ideo nõ liberatur à uitio clandestinæ possessionis, propter certioratio-nem:quia in ea inspicitur origo.ut ff.de acquir.poss. l.clàm.§.denunciant absenti.ff.pro socio.l. sed & so.§.si ab.

Si prædixerit, liberatur.

C. de iur. emph. l. ult.
ff. naut. caup. stab. l. debet.
ff. mand. l. inter causas. §. si.
ff. de redhib. l. itaq; sicut.
ff. de pig. l. & quæ. §. si res.
ff. qui satisd. cogantur. l. si fideiuss.

Si quod consuetum est fieri, fecit, liberetur.

C. de pig. l. pignus.
ff. ad Maced. l. sed Iul. §. quòd dicitur.
ff. de usuc. l. qui socius. §. 1.
ff. de admi. tut. l. cùm plures. §. 1.
ff. de leg. 1. l. si seruus. §. si.
ff. de usufr. l. damnas. §. 1.
ff. de alim. & cib. leg. l. cum alimen.
C. de usur. l. acceptam.
C. de agr. & cens. l. pen.
ff. qui pot. in pig. l. 1.
ff. de pact. inter empto. l. sanè.

Si consignauerit.

C. de iur. emph. l. ultim.
ff. mand. l. inter causas. §. si causas.
ff. de pig. l. & quæ. §. si res.
ff. de redh. l. itaq; sicut.
ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor.

Si prædixerit, &c.] Si quod consueuit, &c.] Si consignauit, &c.] Istæ sunt notæ, nec recipiunt contrarium.

Si prohibuit, non tenetur.

ff. de neg. gest. l. ult.

Contrà.

Contrà.

ff. de pecul. l. si quis ser. §. quot.
ff. de exerci. l. 1. §. 4.

Si prohibuerit, &c. & econtrà.] Solutio. Non tenetur ex sua persona is qui prohibuit, sed ex persona alterius, ut serui, uel præpositi: ut in cõtraria Rub.

Denunciatio extra ius per iudicem non facta, ualet.

In Aut. ut lice. mat. & au. §. ult.
ff. de inoff. test. l. quemad.
ff. de leg. & con. l. ult.

Dictum sufficit ab aduersario, factum in denunciatione.

C. qui admit. ad bon. poss. l. ult.
ff. de inoff. test. l. quemadmodum.
ff. ad Treb. l. restitu.

Licet aliqua res mihi prosit, eius tamen nomine non teneor.

ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. idem Labeo.
ff. de cond. indeb. l. is solus.

Denunciatio, &c.] Dictum sufficit, &c.] Licet aliqua res, &c.] Hæ sunt notæ.

DE VOLVNTATIBVS, VARIATIONE ET electione.

RVBRICA LXVI.

Sufficit, semel uoluisse.

In Instit. de rer. diuis. § in ali.
C. de con. inser. l. eum, qui.

ff. de arb. l. Labeo. §. 1.
ff. de aq. plu. arc. l. in diem.
ff. quor. leg. l. 1. §. illud. & §. prodest.
ff. de seru. cor. l. doli. §. ult.
ff. de rei uen. l. in rem. §. quoq;.
ff. de stat. lib. ho. exhi. l. quòd ait. §. si quis.
ff. de stat. lib. l. cum hæres. §. ult.

Non sufficit.

C. ad Vell. l. iubemus.
C. de plus pet. l. ult.
In Aut. ut in mobi. an. n. do.

Sufficit semel, &c. & contrà.] Solutio. Illud est speciale priuilegio muliebris sexus. ut C. ad Vell. l. iubemus. & ff. ad Vell. l. 2. §. uerba.

Semel approbasse, non licet improbare semel approbatum.

C. de testament. l. si quis.
ff. de neg. gest. l. Pomp.

Voluntas alicuius in facto aliquo exploratur, & tamen eo renitente adimpletur.

ff. de adopt. l. cum nepos.
ff. qui, & à quib. ma. l. si quis. §. quot.

Licet uolens ad quid cogi non potest.

ff. de ferijs. l. 1.

Voluntatem mutare non permittitur.

C. de satisdan. l. 1.
ff. de rer. diuis. l. item. §. ult.
ff. de neg. gest. l. Pomp.
ff. de serui. l. si cui.
ff. de aq. plu. arc. l. in diem.

ff. de

ff.de uerb.ob.l.ſi quis ſti.
ff.quor.leg.l.1.§.prodeſt.

Contrà.

ff.de iuriſd.omn iud.l.ſi conue.
ff.quor.leg.l.1.§.prodeſt.& §.quòd ait.
ff.de procur.l.ante litem cont.
ff.de con.ob cau.l.1.
ff.depoſ.l.1.§.ſi depoſuero.
ff.de act.empt.l.ſi ſterilis.§.ult.
ff.de uerb.ob.l.eum,qui certa.

Voluntatem, &c. & econtrà.] Solutio. Non licet mutare uoluntatem, quam quis in cõtrahendo, uel quaſi,expreſsit:niſi contractus, uel quaſi, ſui gratia tantum interceſsit: ut probatur per leges cõtr. Rub. ut ff. de procur.l.aut. & depoſ. l. 1. §. ſi depoſit. & de cond.cauſ.dat.l.1.& de act.empt.l.ſi ſterilis.§. ult. uel niſi contractus natura id perſuadeat. ut ff. de uerb. ob.l.eum qui certa.§. ult. uel niſi uoluntatis accõmodatio ſit ipſo iure nulla.ut ff.quor.leg.l.1.§.quòd ait. uel niſi fiat pactum ad prorogandam iuriſdictionẽ. ut ff. de iuriſd.om.iud.l.ſi conuenerit.

Nota: quia uariatione ſtatus mutatur propter periculi cauſam.

ff.de inſtit.l.in eum.§.1.
ff.de cond.indeb.l.in ſumma.§.idem etſi.
ff.de ſolut.l.qui res.§.area.
ff.de neg.geſt.l.eum.
ff.pro ſoc.l.ſi id.§.ſi filius.

Voluntates mulierum ſunt momentaneæ.

C.de inof.teſt.l.filia.
C.de repud.l.ſi licet & filiæ.
C.de inſtit.& ſub.l.reprehen.

Voluntas,&c.] Hæc eſt nota.

Qui electionem habet, ex quo elegit, non uariabit.

In Instit. de oblig. quæ ex deli. §. quæ autem.
C. de pact. l. inter empt. & com.
C. de fur. l. in causa. §. tales.
C. si tut. uel cur. interue. l. etiam.
C. de codicil. l. ult.
ff. de exerc. l. 1. §. pen.
ff. de nox. l. in deli. §. cùm dominus.
ff. de tribu. l. quod habere. §. 1.
ff. rer. amo. l. ob res.
ff. quod cum eo. l. sed si quis. §. ult.
ff. de leg. commiss. l. statim post diem.
ff. de dam. infect. l. si proprietas. §. ult.
ff. de iud. l. plerunq;. §. ult.
ff. de leg. 1. l. si pluribus.

Imò uariare poterit.

In Instit. de ob. quæ ex del. nasc. §. quæ autem.
C. de codicill. l. si quis. §. illud. & §. si quis.
C. si tut. uel cu. l. etiam tut.
C. de furt. l. ma. §. tales.
C. de serui. l. si cui.
ff. de pet. hær. l. legitimam.
ff. de nox. l. uidelicet. §. ult.
ff. depositi. l. 1. §. si apud duos.
ff. de uerb. obl. l. si quis stat.
ff. de act. empti. l. si steril. §. ult.
ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis ali.
ff. de separa. l. creditores.
ff. de sol. l. si quis.
ff. de seruit. l. qui re. §. si quis.

Qui electionem, &c. & econtrà.] Solutio. Nõ potest uariare, ut in hac Rub. & in quibusdam legibus contra.

contra. Rub. ut ff. de ser. l. si cui. & de separa. l. si credí-
tores. nisi iusta causa, puta ignorantia, allegetur. ut
in Instit. de oblig. quę ex delict. nasc. §. quę autē. & C.
de furt. l. ult. & de pet. hær. l. legitimam. & ff. quod cū
eo. l. sed etsi. §. ult. Vel nisi tenor pacti id inducat. ut
ff. de uerb. ob. l. si quis stip. Vel nisi inopinatū quid
emergat. ut ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis.
Et sunt ista intelligenda in his, quæ tollūtur electio-
ne, & quæ sub alternatione debentur. secus, si plura
in solidum debeantur, & coniunctiuè: illa enim nun
quam electione, sed quandoq; unius solutione tol-
luntur. ut C. si tut. uel cur. l. etiam. & ff. depos. l. 1. §. si
apud duos. & de furt. l. qui re. §. ult.

Nota, de causa post litem cont. imitanda.

ff. de nox. l. uidelicet. §. ult.
Contra, C. quom. & quando iudex. Aut. qui semel.

Ad uarietatem, uel denunciationem quid fieri liceat.

C. de edend. l. 3.
C. si tut. uel cur. l. ult.
ff. quemad. seru. amit. l. 5.
ff. de nox. l. uidelicet.
ff. de man. l. antepen.
ff. de act. empt. l. si sterilis.
ff. solut. mat. l. si cum eo.
ff. de coll. bon. l. nonnunquam.
ff. ad Treb. l. filij.
ff. de obit. legat. l. hominem.
ff. de uerb. ob. l. eum qui. §. ult.

Ad uarietatem, uel denunciationem quid fieri non liceat.

C. de bon. quæ lib. l. ult.
ff. de mino. l. si filius.

ff. de

ff. de instit. act. l. item.
ff. de tributo. l. qui.
ff. de leg. commi. l. post diem.
ff. de leg. 1. l. huius.
ff. de suc. edic. l. qui semel.
ff. de uerb. ob. l. si quis sti.

Ad denunciationem, &c. Ad uarietatem, &c.] Istę sunt notæ. & super denunciatione quid debeat dici, uel notari, dictum est ſ. de ui & potestate denunciationis.

Argumentum, quòd tres electi ut eligãt, unum ex se eligere non possunt.

ff. de ritu nupt. l. quanquam.
Contra, ff. de in diem adiect. l. quòd sic. §. uerum est.

Ex magnitudine ius mutatur, uel præsumitur.

C. de rescin. uen. l. si uolunta.
ff. de mino. l. si æsti. in princ.
ff. de contrah. emp. l. dom.
ff. de don. inter uirum & ux. l. uirum.
ff. de uerb. sig. l. urbana.
ff. de pœnis. l furti.
ff. de serui l. si libertas.
ff. de iniur. l. item. §. prætor.
ff. de incend. rui. & nau. l. incertis. §. diuus.

Ex magnitudine, &c.] Hæc est nota.

Vt electionem habeat, qui constituit emphyteosim Seio, & uiua filia: & Seius decessit, pluribus filiabus relictis.

ff. de leg. 1. l. si quis plures.
ff. de leg. 2. l. si quis. §. sunt.
ff. de con. indeb. l. cum is. §. si inter.

ff. de

ff. de relig. l. ult.
ff. de uerb. ob. l. qui ex pluribus.

Vt electionem non habeat.

ff. de fideicom. lib. l. cùm inter.
ff. de leg. 3. l. is qui.
ff. de leg. 1. l. si quis Titio.
ff. de leg. 2. l. unde. §. rogo.
ff. de uerb. ob. l. continuus. §. ult.

Vt electionem, &c. & econtrà.] Solutio. Hæres domini habet electionem. arg. eius quod dicitur in ff. de leg. 2. l. si quis à filio. §. si quis à plu. Nec est cõtrà, quod legitur in C. de fideicom. lib. l. cum inter. quia ibi fauor est libertatis: alioquin cõtrarium esset prædictæ legi. Nec obstat, quod in fine legis dicitur, maximè, quia ibi abundat: ut & in C. de test. manu. l. cũ cõst. uel ideo dicitur, maximè, quia & aliàs ubiq; humaniorem amplector sententiam. esset autem humanior aliàs, ut ad unum tantum restringatur beneficium testatoris. hic autem extenditur ad omnes. Itẽ non obstat, quod dicitur de leg. 3. l. is qui. quia ibi omnes erant mutati, qui erant de filia ad fideicommissum. Lex autem de leg. 2. l. unum. §. rogo. magis pro nobis, quàm contra nos facit. Item non obstat, quod dicitur ff. de uerb. obl. l. continuus. §. ult. Verũ est enim, transire ad omnes iure sed repelluntur alij, quibus non prouidit testator per exceptionem.

Non eligere, sed confirmare quidam possunt.

In Aut. de defen. l. ciui. §. decreto.
ff. de pecul. l. 3. §. 1. & l. curator.

Potestatem eligendi transferri. & est arg. pro Episcopis, contra Canonicos.

ff. de ser. l. si cui.

ff. de

ff. de solu. l. 1.
ff. de iudic. l. ult.
ff. de reb. aut. iud. poss. l. in uendi. §. ult.

Non licet alicui uariare.

C. de furt. l. manifestè. §. tales.
C. de iur. dot. l. in pe. l. 2.
C. de codicil. l. ult.
C. de pact. l. 2.
C. de usur. l. quamuis.
C. si ser. exter. se man. e. per totum.
C. de pactis. l. intermissione.
ff. de uaca. mu. l. pen.
ff. de leg. commiss. l. si fundi. §. eleg.
ff. de pact. l. rescript. §. 1.
ff. de leg. 1. l. si pluribus.
ff. de seruit. l. si cui.
ff. de arbit. l. Celsus. in prin.
ff. de tribut. l. quod in hæredem.

Contrà.

ff. de inof. test. l. Pap. §. sed nec.
ff. de collat. bon. l. nonnunquam.
ff. pro socio. l. rei.

Non licet alicui, &c.] Hæc Rub. s. eod. Qui electionem habet, &c. exposita est.

Eligit, qui non reijcit.

ff. aduer. nau. l. 1. in fin.

Electio ius tribuit, ita quòd si electio ab electo adsit, factū non irritetur. ut ff. de mino. 25. ann. l. interuc. & ut est notatum in summa, de off. proconsul.

In Instit. de adopt. §. qui filius.
ff. de admi. tut. l. qui iussus.
In Decr. 23. dis. in nomine domini.
In Decre. c. 8. q. 2. dilecti.

Cogitur

Cogitur quis eligere actionem.

In Aut. de testib. §. licet.
C. de codicil. l. ult.
ff. de inoff. test. l. Pap. §. si quis.
ff. de except. rei iud. l. singulis.
ff. quor. leg. l. 1. §. quia.
ff. de leg. 1. l. in huius. §. si is.
ff. de act. & obl. l. plura.
ff. de leg. 2. l. cùm filius. §. uarijs.
ff. de re iud. l. nemo.
ff. de tribut. act. l. si procura. §. 1.

Cogitur quis, &c. & contrà.] De hac electione, quando ex necessitate sit facienda, dic, ut notaui in ff. de tribut. l. quòd in hærede. §. eligere. item, in solutione contrarij, quorum legatorum.

ADIECTIO.

Quotiescunq; quis certus est, unam sibi competere, si dubitat de alia, an competat, cogitur eligere: alioquin si nec certus est, unam sibi competere, eligere non cogitur. Et sic Io.

ADIECTIO.

Hæc solutio nihil ualere uidetur. potest enim esse, quòd seruus postea cœpit debere domino: & ita nihil est in peculio. Item potest esse, quòd dominus ei ademit peculium, sine dolo mal. & ita non habet locum actio de peculio: & ita nō est certus, quòd sibi detur de peculio. Item potest esse, quòd ignorat an detur de tributo: quia nescit si meus peculiaris est, & an sciente seruus ad hoc faciat. Ita Rub. ubi actiones ex primo casu alicui competūt, si nesciat saltem unā sibi competere, cogitur tamen eligere: quia est quod sibi imputatur. qui enim cū seruo contrahit, in qua causa contrahat, scire debet. ut ff. de exercito. l. ult. 1. respon. Vbi autem ex contractu non cōpetunt, secus est:

est:quia nihil est quod ei imputetur.Io. tamē quan/doq; distinxit,utrum probabiliter erraret, in suo fa/cto,uel alieno, ut tunc posset plures proponere: an non,ut tunc non posset.Hæc cum superiore refutan da est:quia ubi in facto alieno probabiliter erro,co/gor tamen: puta autem testator fuerit dominus. ut ff. de leg. 2.l. cùm filius.§. uarijs.rarū est, ut ff. de reg. iu.l. nemo.§. quoties. Alij dixerunt, quòd in ipso li/bello duas potest protestari: ex pòst facto tamē de/bet certificare.quod non placet:quia non est certus. ut ff.de eden.l.1.Hæc ergo ueritas:quia in t.quorū le gatorum,non cogor eligere: quia nec ipse certifica/bat me, utrùm pro hærede, an pro legato possi/deret:quod etiam ante litem facere tenebatur. ut ff. de inter.act.l. 1. primo respons. §. 1. Sed nec ego cogor, per electionem ipsum certificare, quam sim propo/siturus,uel executurus.uel si malim ego actor præci/sè cogere reum, posse ex prædicto tit. & hæc compe/tunt ad idē. si uerò ad diuersa, utraq; intenditur, ni si sint cōtrariæ.ut C.de furt.l.1. & l. ancillæ.§. matris.

CAVSA.

Electio alijs præsentibus,cuius interfit,fieri debet.

ff.de min.l.in causæ.§. causa.
ff.de aq.plu.arc.l.in contra.

De duobus malis minus eligendum est.

ff.de uentr.in poss.mitt.l.1.§.1.
ff.de Carb.edict.l.1.§.si quis.
In Decret.dis.12.nerui.

Quando plures actiones nomine eiusdem rei competunt,una electa,altera non tollitur.

ff.fam.herc.l.& puto.§.hæc do.§.sed filio.
ff.ad l. Aquil.l.si seruus.in prin.

ff.pro

ff.pro soc.l.rei communis.
ff.de contr.empt.l.si ad.
ff.locat.l.si locator nonnunquam.in prin.

Contrà.

ff.de furt.l.1.
ff.de seruit.l.si is,cui commo.
ff.depositi.l.si depos.

Quando plures,&c.& contrà.] Si plures competant actiones, eiusdem facti nomine, an & in quantum una propter alteram tollatur? dic,ut notaui in ff.naut.caup.l.idem.§.ult.in fol.cont.de furt.

ADIECTIO.

Solutio. Aliud est in hac, quàm in ista pro socio. hæc enim non de iure communi, sed de prætoris beneficio competit intendatur, ut furti, beneficium prætoris neglexisse æstimetur. ut ff. de separa. l. 1. §. illud sciendum est. Item si beneficium proponatur, communis uidetur esse uia præclusa: utpote cum ad aliud eius auxilium trãsferre necesse habeat. ut Inst. e.l.licet.§.sed & si cum. Sciendum est ergo,quòd,ubi plures competant actiones pœnales ex diuersis factis,neutra alteram impedit. ut ff. de priuat. delict.l. nunquam. si ex diuersis nonnunquam dentur, sed ex uno,quatenus concurrunt, in plus se inuicem impediunt. ut Inst. ui bono.rapt l.1.& de act.& ob.l.qui seruum. Si uerò ambæ sint rei persequutoriæ, facta per alterutram actionem, altera remittenda est. ut Inst. locati l. si merces. §. culpæ. Si autem una sit rei, altera pœnalis,sui natura,& ab initio, neutra per alteram tollitur. ut Inst. de furt. l. si pignore. §. cùm furti. nisi in hoc casu, ratione prædicta, & in alio fortè. ut Inst. de fur. l. si is cui. Si uerò ab initio non est pœnalis,una per alteram tollitur. ut ff. quod met. caus. l. metum. §. licet. Causa.

De pœna non eligentium.

C. de fideicom.li.l.si quis.
ff.de furt.l.si cui.
ff.de do.l. 1. & 2.
ff.de ser.rust.præd.l.si una.

Qui minus idoneum elegit, sibi imputare debet: nec potest liberari actionem cedendo.

ff.de neg.gest.l.nam. §.ult.
ff.si mens.fals.mo.dix.l. per literas.
ff.loca l.uideamus.cum suis concord.
ff.de solutio.l.si solitus.
ff.depos.l.si is apud quem.

DE NECESSITATE, ET OFFICIIS.

RVBRICA LXVII.

Refert inter uoluntatem & necessitatem.

C.de fund.dot.l.2.
C.de prædijs min.l.ult.
C.de calum.l.2.
C.de distrac.pig.l.2.§.quæsitum.
ff.de min.l.quòd si circa.
ff.de inoff.test.l.nam etsi.§.si filius.
ff. de rei uend.l.item.§. 1.
ff.fam.her.l.qui erant.
ff.de cond.furt.l.non.
ff.de furt.l. 1.
ff.de dam.infect.l.cum posthumus.§. 1.
ff.de oper.lib.l.patronus.

ff.qui satisd.cog.l.si fi.§.fine.
ff.de leg.2.l.peto.§.prædium.
ff.de fund.dot.l.1.

Refert,&c.] Hæc est nota.

Officium suum nemini debet esse damnosum.

ff.de test.l.si quando.
C.de allu.l.ult.prope fin.
ff.quib.ex cauſ.maio.l.uidel.
ff.mand.l.idemq;.
ff.de pet.hær.l.ſui.& l.penult.
C.ſi aduer.tranſac.l.1.
ff.de admi.tu.l.qui negocia.
ff.quemad.teſt.ap.l.ſi quis exci.
ff.quib.ut indig.l poſt lega.§.aduo.
ff.de furt.l.ſeruus communis.§.quòd non.

Est tamen interdum.

ff.de adm.tu.l.quoties.§.1.
C.de dol.l.1.
C.de in lit.tu.dan.l.2.

Officium, &c.] Non obſtat, quod dicitur in ff. quib.ut indig.l.poſt.§.his.quia ibi obtulit ſe teſtimonio,non fecit ex neceſsitate.arg.ff.quib.ex cauſ. ma. l.4.alioquin contrà,ut in proxima Rubr.

ADIECTIO.

Imò diſtinguitur,an agatur de lucrando: & tunc ſuũ officiũ non nocet,ut C.de acquir.l.ult. Cauſa.

Quod ex neceſsitate officij geritur,non obeſt gerenti.

In Inſtit.de inoff.teſt.§.ſi tutor.
C.de admi.tu.l.cùm quidam.

C.de calumn.l.2.
C.de inoff.test.l.aduersus.§.tutores.

Qui ex necessitate tuetur, hoc ipso committere non uidetur.

In Instit. de fideicom.hær.in fi.tit.
C.de lib.caus.l.si ab eo.
C.de reb.al.non ali.l.uenditrici.
C.de in lit.dan.tu.l.2.
C.de euict.l.si ab, siue post.
ff.de seru.uend.l.si altius.
ff. de cond.indeb.l.frater à fratre.
ff.de euict.l.uend.l.sed.§. sed à fu.

Inuitus nemo obligatur.

ff.de act.& obl.l.sicut.
ff.de pecul.l.si quis.
ff.de reg.iur.l.inuito.
Contrà, ff.de acquir.rer.dom.l.etiam.
ff.de uerb.ob.l.uetante.

SOLVTIO.

Non obligat uel obligatur directò, sed per obliquum, persona alia mediante.

Ex necessitate quædam fiunt, quæ aliàs fieri prohibentur.

C.de hæredi.l.pen.
C.de patr.qui fi.dis.l.2.
C.de oper.lib.l.2.
C.de testament.l.ult.§.1.
ff.ad l.Aquil.l.si quæ fu.
ff.com. diu.l.item. §.1.
ff.de iur.dot.l.si usufr.
ff.de cur.bon.dan.l.3.
ff.de fica.l.furem.

ff.de

ff. de decur. l. eos.
In Decre. dis. 1. c. pen.
In Decre. 30. q. 1. ad limina.

Quod ex necessitate, &c.
Qui ex necessitate, &c. } Hæ notæ sunt.
Ex necessitate, &c.

Sibi imputet, qui se in necessitatem deduxit, uel in periculum.

ff. si quis caut. l. 2. §. si tamen.
ff. quib. ex caus. ma. in integ. rest. l. sed & §. si se.
ff. qui satisd. cog. l. si fieri. §. si finem.
ff. quod met. caus. l. si mulier.
C. de temp. in integ. rest. l. peten.

Quando hoc uerbum Oportet, continet necessitatem.

In Aut. de iud. §. oportet.
C. unde ui. l. si quando.
C. de appell. l. eos. §. ult.
C. de transf. l. causas.
C. de dona. l. si do.
ff. ad l. Aquil. l. si seruus. l. 2.
ff. de iurisdic. om. iud. l. cum.
ff. de bon. lib. l. 3. §. 2.
ff. pro socio. l. ut sit.
ff. de act. empt. l. except. & l. pro eo.
ff. de his, qui sui uel al. iur. l. si iudex.
ff. de reb. dub. l. si is qui.
ff. ad Treb. l. de euict.

Quando non continet.

ff. de excep. rei iud. l. si à te. §. 1.
ff. de uerb. ob. l. inter stip.
ff. de relig. l. si unus. §. fu.
ff. de act. emp. l. ex empto. §. etiam.

ff. de hær. inſtit. l. quoties.
ff. de oper. nou. nun. l. de pupillo. §. ult.
ff. de al. iu. mut. cau. l. cum miles.
C. de ſponſa. l. ſponſa.
C. de Epiſcopis. l. omnes.
ff. de al. iu. mu. cauſ. fa. l. uideamus. §. 1.

Quando hoc uerbum, Oportet, &c. & contrà.] Hæc Rubr. denotat diuerſam uerbi acceptionẽ. igit ſecundum mentem literæ, uel ad hanc, uel ad illam aptatur ſignificationem.

Ex officio ſuo monachus à ſecularibus remouetur.

C. de reb. cred. l. cum in.
In Decret. 12. q. 2. pontifices.
ff. de leg. 2. l. peto. §. mater.
ff. de ann. leg. l. annua. §. ſi à Titia.
ff. de fideicom. lib. l. Tays. §. 2.

Magis inſpicitur officij ratio, quàm perſonæ.

C. ne quis in ſua cauſa. l. 1.
C. de uſur. pupill. l. ult.
ff. de eden. l. argentarij.
C. de fur. l. tabularij.

Ex officio, &c.] } Hæc eſt nota.
Magis, &c.] }

Inuitum accipias, & qui non conſentit, uel conſentire poteſt.

ff. de ſeru. ruſ. præd. l. inuitum.

Inuitus cogitur agere.

C. de inge. ma. l. diffamari.
C. de remiſs. pig. l. ſi eo tempore.
ff. de Carb. edict. l. Carbo. §. duæ.
ff. de cura. bon. dam. l. 1.

DE

DE IMPEDITIS, ET INVITIS.

RVBRICA LXVIII.

Quædam ex impoſsibilitate in totum impediuntur.

ff. de iur. do. l. ſi muli. §. 1.
ff. de uſur. l. quoties.
ff. de aq. quot. & æſt. l. 1. §. item quæritur.
ff. de uerb. ob. l. in exe. continuus.
ff. de ſer. ruſt. præd. l. in itinere.

Quædam ex impoſsibilitate, &c.] Hæc Rub. circa cõtractum ſibi uendicat locum. ut in Inſtit. de inutil. ſtip. §. ſi impoſsibili. & de uer. ob. §. loca. Sed ſecus in teſtamentis. ut in Inſtit. de hær. inſtit. §. pen. & de leg. 1. l. ſi menſ. §. 1.

Multa impediunt ordinandum, quæ non impediunt ornatum.

C. de nup. l. ſi liberta.
ff. de his qui ſui uel al. iur. l. patre.
ff. de ſponſa. l. furor.
ff. de ritu nup. l. omne. §. pen.
ff. de iud. l. iudex.
ff. de poſtuland. l. caſum in fin.
ff. de pecul. l. quàm turbatus.
ff. de uſucap. l. ſequi. §. de illo.

Multa impediunt, &c.] Hoc generale eſt: recipit tamen exceptionem, ut notaui in quibuſdam contra. arg. ff. de his qui ſui, uel al. iur. ſunt. l. patre.

Inuitus cogitur emere.

ff. com. diuid. l. communi. §. ult.

Inuitus cogitur uendere.

C. de patr. qui fil. dis. l. 2.
C. de seruo commu. ma. l. 1.
C. de his, qui à non do. ma. l. 1.
C. de donat. l. scimus.
ff. de relig. l. si quis.
ff. fam. herc. l. si pignori.
ff. de lib. caus. l. si debi.
ff. de leg. 1. l. si fide. §. si equo.
In Instit. de rer. diuis.
ff. quemad. ser. l. si locus.

Inuitus, &c.] Regulare est, ut nec emere, nec uendere quis cogatur: sed fallit in casibus, ut in hac & in sequenti Rub. ut in C. de contrah. emp. l. inuitus. & de act. empt. l. Iul. §. idem Celsus. notaui.

Nemo ad communionem compellitur inuitus.

ff. de cond. indeb. l. si non sortem. §. si certum.
ff. com. diuid. l. in hoc. §. sicut.

Pro inuito agere, uel appellare, & inuitum defendere possumus.

C. de lib. caus. princi.
ff. de lib. cau. l. 1.
ff. de appell. l. non tantum. in fin.

Pro inuito, &c.] Regulare est, ne audiatur, nisi is cuius est causa, uel qui habet ab eo mandatum. Sed specialia uidentur in hac Rubr. proponi. puto tamen non esse specialia: quia in his casibus suo nomine, non alieno quis admittitur. ut in l. C. de lib. caus. l. cognati intererat. ut infrà eod. tit. l. quoniam. Similiter resp. in ff. de app. l. nõ tantũ. sic enim dicit, Exeat enim, &c. q. d. rat. õe affectiõis est admittẽdus: alioquin

alioquin si nihil interesset, contrà esset. ut ff. de app. recip. l. 1.

Quod aliquando posset nocere, omnino inhibetur, propter incertitudinem quid admitti.

C. de usuf. l. alij. in fin. & l. amissa.
C. de dona. l. sancimus. circa fin.
ff. de re mil. l. officium.
ff. de transf. l. certum.
In Instit. de aut. tu. in medio.
In Instit. ad l. Aquil. §. qua ratione.

Cum aliquid prohibetur, & id intelligitur prohibitum, per quod peruenitur ad idem.

C. de usur. l. eos. in fin.
C. si man. ita fuer. al. l. ult.
C. de his qui ad Ecc. conf. l. præsenti.
In Decre. dis. 34. præberi.
ff. de con. instit. l. quæsitum. §. si quæ.
ff. de bon. lib. l. in seruit. §. si quæ. in fin.
ff. ad Vell. l. quamuis. §. si cum.
ff. de iudi. l. 2. §. si quis post.
ff. pro soc. l. idemq;. §. igitur.
ff. de tut. & cu. l. si re. §. sua.
ff. de adm. tu. l. si pupill.
ff. de transf. l. cùm hi. §. sicut. §. si tantum.
ff. de admi. rer. ad ciu. perti. l. 2. §. 1.
ff. de offic. proconf. l. obseruare.

Quod aliquando, &c.
Cum aliquid prohib. &c. } Hæ notæ sunt.

ADIECTIO.

Imò distinguendũ, an aliquid sit prohibitum generaliter,

neraliter,& omnino cõtrà alio modo facere poterit an certo modo,uel certa lege, ut ne paciſcatur de dolo,ne hær.inſtituat ſub hac conditione, ſi Titius uoluerit. hoc caſu alia uia aduenire poterit: quia neagat depoſiti poteſt, & ſi Titius aſcenderit Capitolium: quod eius pendet uoluntate. Cauſa.

DE DIVERSIS REGVLIS.

RVBRICA LXIX.

Si,quod ago, non ualet ut ago, nec ut poteſt,ualebit.

C.de codicil.l.pen.& ult.§.illud.
C.de don.ante nup.l.quod ſpon.
C.de repud.hær.l.3.
ff.de euict.l.incredi.
ff.de teſt.l.ex eo.
ff.de ſpon.l.quæſitum.
ff.de uul.ſub.l.cohæredi.§.cùm.
ff.de acquir.hær.l.qui mali.
ff.de leg.l.ſi ſeruus.§.ſi ſer.
ff.de reb.dub.l.in ambi.
ff.de uſuc.l.iuſto.
ff.de accept.l.an inutilis.
ff.de ſeru. reipub.l.item.§.qui habet.
ff.de uerb,ob.l.ſi duo.
ff.de iur.codic.l.1.& 2.§.2.

Imò ut poteſt,ualebit.

In Inſtit.de adopt.in fin.tit.
In Aut.de nupt.§.ſi uerò abeſt.
In Aut.ut cum de ap.co.§.ſi igitur.
C.de teſtament.l.hac conſulti.

C.de

C.de pact.l.1.
C.de inst.& sub.l.cum te.
ff.de contra.emp.l.qui tab.
ff.de naut.fœn.l.iul.§.ult.
ff.de rescind.uend.l.cum emp.§.qui ita.
ff.de leg.præst.l.1.
ff.de leg.1.l.si tibi huius filiusfam.
ff.de test.mil.l.3.
ff.de accept.l.si ancill.§.an inutilis.
ff.de fideicommiss.l.1.§.generaliter.& §.si quis.
ff.ad Treb.l.ex facto,qui fi.§.& si cum.

Si,quod ago,&c.& contrà.] Solutio. Ita breuiter assignata est à quibusdam, si is qui agit, nullo alio modo uoluit rem ualere, nisi eo quem in animo gerebat,obtinet hæc Rub. alioquin obtinet contraria. Quæ solutio uidetur rationabilis, non tamen sufficiens.quid enim,si dubitetur de uoluntate? Respon. hanc esse Rub.Si,quod ago,nõ ualet, ut potest præsumpta uoluntate gerentis, per l. ex aliquibus coniecturis & argumentis, secundum rerum diuersitatem & qualitatẽ, propter quod lex mouetur ad cassandum quod factum est: ut neq; eo modo quo uoluit,ualeat,quia id non potuit: neq; eo quo potuit, quia apparet eum id non uoluisse.Et huic responsioni optimè aptatur sequens generale, & quando locum habet regula, Id quod potuit,&c. Et idem etiã per exempla,sub Rub.posita,quilibet notare potest. Si uerò non appareat per coniecturas, quòd alio modo ualere uoluerit,magis inclinabo ut ualeat eo modo quo potest,quàm ut pereat. ut ff.de reb. dub. l.quot.& ita seruabo sequentem Rubr.ut generalẽ.

Libera est potestas unicuiq; habendi, uel non habendi contractus.

C.de act.& ob.l.si quidem.

Sed

Sed huic regulæ multæ sunt exceptiones.

ff.com.diuid.l.si debitor.
ff.de act.empt.l.Iul.§.etiam.
ff.man.l.si mand.Iul.qui.
ff.de com.ser.ma.l.1.§.1.
ff.de relig.l.si quis sepulchro.
ff.de leg.1.l.& si ego.
ff.de reb.dub.l.quoties.
C.comm.rus.præd.l.2.

Renunciare semel constitutæ obligationi, aduersario non consentiente, minimè quis potest.

C.de act.& ob.l.sicut.

Sed hæc regula multas recipit exceptiones.

ff.de pom.l.1.& penul.
ff.man.l.si mandauero.§.ult.
ff.pro socio.l.uerùm.§.ult.
ff.de precar.l.cum precarium.

Lites ciuiles uel criminales ultra triennium uel biennium non prorogari.

C.de iud.l.propter an.circa princ.

Sed huic regulæ multæ sunt exceptiones.

In Aut.de hær.& fal.§.illud.coll.1.
C.de Episc.& cler.Aut.clericus quoq;.
C.ut omnes tam ciui.quàm crimin.iu.l.1.

Quando

Quando locum habeat illa regula: Quod potuit, noluit: quod uoluit, non potuit.

C. *si quis al. uel sibi multum. l. ult.*
C. *de iu. do. l. si genera. & l. 3.*
C. *plus ualere quod ago. l. ult.*
C. *de donat. l. si ueniam.*
ff. *de iur. codic. l. 1.*
ff. *de hær. instit. l. quoties. §. tantum.*
ff. *de constit. pec. l. 1. §. eum qui. & l. 3.*

Quando locum habet, &c.] Ex his quæ in ista Rub. subijciuntur, & quæ in superiori diximus, euidentius colligitur, ubi habeat locum regula, cuius facit mentionem Rubr.

Est & alia huic similis, quando potuit, noluit.

C. *de donat. ante nupt. l. quòd spon.*
ff. *de man. test. l. libertus.*

Quod quisq; iuris in alium statuerit, ipse eodem iure utatur.

C. *de rescin. uen. l. ratas.*
C. *de sumpt. & lit. expens. l. ult.*
In Aut. *de hær. & fal. §. hic.*
ff. *de iur. iur. l. iusiurandum. §. ult.*
ff. *de dam. infect. l. qui bona. l. si quis.*

Fallit regula, cuius in agendo seruatur arbitrium.

ff. *de iud. l. 2. §. sed si agant.*
ff. *de offic. præsid. l. senatus.*
ff. *de lib. caus. l. ordina. §. si is qui.*

Quod pro te admittis, contra te admittere debes.

In Aut. *de his, qui inge. ad ap. §. illud.*
C. *de testib. l. si quando.*

C. *de*

C. de senten. & interlo. l. cum ap.
C. de fruc. & lit. expen. l. cum quidam.

Habenti tutorem, tutor dari non potest.

ff. de tut. l. quæsitum.

Non debet quis conqueri, si fiat ei uel non fiat, quod aliquando noluit, uel uoluit.

ff. de sol. l. non.
ff. de cond. ob caus. l. si pecca.
ff. de fideiuss. l. fideiuss.
ff. de seru. expor. l. quæsitum.
ff. de stat. li. l. si pecul.
ff. de precario. l. cum precarium.

Quod quisq; iur. &c.
Quod pro te, &c.
Non debet quis, &c.
} Hæ tres regulæ ad idem tendunt, & omnes primæ Rub. æquitatem sequuntur, nulla subiecta contrarietate.

Cum quis in ea causa sit, ut aliquid faciat, id ab alijs non expectet.

ff. de eden. l. si quis. §. cùm prætor.
C. de Episcopis. l. cùm clericis.
In Aut. de sacros. Eccl. col. 1.
In Instit. de excus. tut. §. minores.
C. de uet. iur. enucl. l. 1. §. cùm hæc.

Contrà.

ff. naut. caup. stab. l. & ipse. §. 1.

Cùm quis, &c.] Hæc Rubr. patitur exceptionem in casu, scilicet quando casus fortuitus allegatur. ut ff. de eden. l. si quis ex. §. ult. Patitur contrà in altero, ut in casu contrariæ Rubr. Sed illud est propter publicam

blicam utilitatem, scilicet puniẽdi maleficia: & quia ex necessitate plerunq; interponuntur tales contractus. ut ff. naut. caup. l. 1. §. 1. & ff. depos. l. 1. §. 1.

Seruus ex gesto contractu, uel quasi, non tenetur.

ff. de pecul. l. licet. in prin.
ff. de dolo. l. & eleganter.
ff. de pet. hær. l. ult.

Vbi aliquis facit quod non uult, quia non potest facere quod uult.

C. de test. mil. l. si Rufinus.
ff. quib. mod. pig. sol. l. 1. §. 1.
ff. de neg. gest. l. atqui. §. si.
ff. de cond. inst. l. quidam. §. ult.
ff. de reb. dub. l. in ambig. ser.

Vbi quis facit, &c.] Hæc Rub. uidetur ita esse assignanda: Vbi quis facit quod non uult, quia non potest facere quod uult. ut per leges subiectas apparet. & est nota: & accedit ad illud generale, quod habuimus s̃. Si quod ago, non ualet ut ago, ualeat ut ualere potest.

De qua re cognouit iudex, pronunciare cogitur.

ff. de iud. l. de qua re.

Hæc regula exceptionem recipit. ut ff. de offic. proconsul. l. 1. & C. ubi senat. uel clarissim. l. ultim. §. adeò.

Quod in alijs putat iustum, hoc in seipso putare debet.

ff. de pact. l. cum meo.

ff. mand. l. si fundus. §. si purè.
ff. quod quisq; iur. l. 1.
ff. de rescind. uend. l. ratas.

Quòd in alijs, &c.] Hæc Rubr. debuit poni ſ. eo. Quod quiſque iur. nam pars ſeu ſpecies eſt illius, & ſequentium duarum Rubr.

Quod differtur, non aufertur.

ff. de arb. l. quamuis.

Non ex maleficio, uel quaſi, datur actio de peculio, ſed ex ſolo contractu.

ff. de his qui deiec. l. 1. §. ſi filius.
Contrà, ff. rer. amot. l. & ideo. §. ſi filia.

Sed illud contingit propter aliud commodum: quia furti non tenetur.

Sciens de ſuo in alieno ædificans, donat.

ff. de donat. inter uir. & uxor. l. ſi uir. §. 2.

DE HIS QVIBVS PARCITVR, ET QVORVM conditio melior habetur.

RVBRICA LXX.

Parcitur ruſticitati, & imperitiæ.

In Inſtit. de mil. teſt. in princ.
In Inſtit. de inutil. ſtip. in prin.
C. qui admit. ad bon. poſſ. l. quicunq;.
C. de teſtamentis. l. ult.

ff. de

ff. de fideicom. lib. l. cùm uerò.
ff. qui satisd. cog. l. de die. §. minori.
ff. de probat. l. cum de in.
ff. de eden. l. 1. §. ult.
ff. si quis in ius uoc. l. 2. §. 1.
C. de interdic. l. 1.
C. de rei uxo. act. l. rem in præs. §. & ut in ple.
ff. de iurisd. om. iud. l. si quis doli.
ff. ad Syllan. l. si quis ingra. §. si quis igno.

Contrà.

C. de in ius uoc. l. uenia.
C. de interdic. ma. l. 1.
C. de fals. mon. l. 1.
ff. ad l. Aquil. l. ita.

Imperitiæ, &c.] Imperitiæ & rusticitati parcitur, ut in ista Rub. continetur. Fallit tamen, ubi quis est imperitus iuris naturalis: uel ubi quis se obligando, non adimplet quod pollicitus est facere. ut C. de mino. l. uenia. & ff. ad l. Aquil. Idem iuris est, & ita intelligitur cõtraria Rubr. Et hęc plenè discussimus, ff. de iur. & fact. ignor. Lex autem quædam signata, C. de fals. mon. l. 1. §. duas autem. contraria Rub. non facit ad contrariam, sed ad primam Rubr.

Puerilitati parcendum.

ff. de nox. l. electio. §. neq;.
In Decre. 24. dist. fraternitati.

Antiquitati & senectuti parcitur.

C. de fid. instrum. l. ult.

Puerilitati, &c. Antiquitati, &c.] Hæ duæ sunt notæ, non recipiunt contrarietatem.

ADIECTIO.

Aliquid ad quod iure cogi poterat, uel sponte confitenti.

CAVSA.

ff. de dolo. l. eleganter. §. si dolo.
ff. de al. iu. mu. cauſ. fac. l. 3. §. ult.

Potior est conditio maris, quàm feminæ.

ff. de leg. 1. l. pluribus. in fine.
ff. de duob. reis, l. 3.

ff. de

ff. de pecul. l. si uerò.
ff. de re iud. l. inter eos.
ff. de nox. l. si quis.

Potior est, &c.
In pari, &c.
Occupantis, &c.
} Hæ omnes sunt notæ. in prohibente tamen excipe: nisi id prohibeat, cuius gratia res est comparata. ut ff. com. diuid. l. si ædes.

Occupantis, &c.] Sciendum tamen, quòd occupare dicitur quis plerũq; litem contestando. quod dic, ut notaui, ff. de leg. 1. l. si pluribus. §. ult. quãdoq; hoc ipso, quòd ad sentẽtiam peruenit prior. ut ff. de pecul. l. si uerò adhuc. ut occupantis, &c.

Qui potior est in gradu, non est potior in conditione.

Inst. de hær. Rub. qui potior est.

Præualet id, quod nocet.

ff. de lib. caus. l. duob.
ff. de bon. lib. l. 2. §. ult.
ff. ex quib. caus. in pos. eat. l. Fulci. §. qui sit.
ff. de minor. l. uerùm. in fin.
ff. de ser. corr. l. doli. §. si quis.
ff. ad Maced. l. sed Iul. §. non solùm.
ff. ad Syll. l. si quis in graui. §. ult.
ff. ad l. Cor. de fãl. l. si filius eman.
ff. naut. caup. l. debet.
ff. depos. l. 1. §. meritò.

Contrà.

ff. de inoff. test. l. si pars.
ff. de itin. act. priuat. l. 1. §. ult.
ff. de senat. l. eman. §. ult.

Præualet, &c. & contrà.] Solutio. Id quod non nocet, præualet, nisi tractetur de contractu, uel quasi contractu,

contractu, uel sententia cassanda. tunc enim statur regulæ generali, quæ est in ff. de reb. dub. l. quoties. & ut in contrar. Rub. Prævalet, quod principale est. ut ff. de iniur. l. eum qui. §. si iniuria. ff. quod ui aut clàm l. antep. §. sed & si quis.

DE EMPHYTEVTA, ET BONA FIDE POSS. & eorum iure.

RVBRICA LXXXIII.

Emphyteuticario cõpetit interdictum unde ui.

ff. si ag. uect. l. 1. & 3. §. generaliter.
ff. de ui & ui arm. l. 3. §. uerùm.
ff. de ui bon. rap. l. 2. §. in hunc.

Emphyteuticario, &c.] Hic est transpositio Rub. debuit enim ita poni: Emphyteuticario ita competit interdictum unde ui, ut per l. apparet.

Emphyteuticarius qui conuenit exportare pensionem ad monasterium, tenetur deferre ad substitutum.

ff. de lib. & posthum. l. placet.
ff. de fideiuß. l. si quis pro eo.
ff. de cond. & dem. l. filiæ.
ff. de oper. lib. l. quòd nisi.
ff. de leg. 2. l. impera.
ff. de ann. leg. l. annua. §. 1.
ff. quib. mod. usus fr. amit. l. nisi. §. alius.

Contrà.

ff. ad mun. l. de iure.
ff. de usufr. l. qui usumfr.
ff. de eo quod cert. loc. l. quòd si is qui.

ff. iud.

ff.iud.sol.l.3.& l.cum quem.
ff.de uerb.obl.l.qui Romæ.§.apud Sempro.
ff.de arbit.l.si diui.§.arbiter.

Emphyteuticarius,&c.] Imò ita debuit poni: Emphyteuta,qui cõuenit exportare,&c.ut s. prox.Rub. inscribitur:& contrà.Non est cõtrà,quod dicitur ad munic.l.diui. Nam ibi, quia onus est, non imponit secundò,sed semel, cum ad id se non astringit spontanea uoluntate sua,quòd hoc fecit. Item nõ obstat, quod legitur ff.iud. sol.l. cùm quærebatur. & l. cùm apud. ibi enim primùm actum, ut committatur semel tantum,& non sæpius stipulatio,prius ad interesse.ex quacũq; ergo clausula committitur prius stipulatio,satis est factum. at hic idem actum,ut sæpius committatur,& præstetur, de quo cõuenitur: ut per leges huius Rubr. probatur. unde sæpius cõmittit. ut ff.de arb.l.si duo.§.ult. Similiter respon. ad leg. cũ de ap.co.quia & ibi inerat conditio, si ille indicaret, cuius sententiæ fideiussores se subiecerunt.alio ergo iudice, puta appellationis iudicante, non committitur stipulatio.ut ff.iud. sol.l.3. Aliæ leges in cõtrar. Rub.positæ, non uidentur facere ad rem.

Emphyteusis constituta in quarta generatione non pertinet.

ff.de dam.infect.l.dies.
ff.de donat.l.1.
ff.de seruitut.l.seruitutes.
ff.de pact.l.iur.gent.§.adeò.

Emphyteu.&c.] In hac Rub.deest.

Non tenetur uti possessorio interdicto, bonæ fidei possessor.

ff.ne uis fiat ei.l.1.§.si quis.
ff.uti possid.l.2.§.non uidetur.

Non

Non tenetur,&c.] Imò tenetur,si cùm ab aduersario ui, uel clàm, uel precariò non possidebat, non succumbit:nisi fortè in eo, quòd utercȝ est actor: ut notaui ff.uti possid.l.1.§.ult.& l.si duo,&c. Solutio aliquando facta, nunquam obligat in futurum, ut in hac Rub. Si tamẽ ex aliqua causa dicam mihi deberi, & ad fundandam meam intentionem inducã longo tempore factam solutionem,prodest: ut notaui ff.de usur.l.cum de in rem uers.

ADIECTIO.

In eo, quòd utercȝ actor. Actorem enim uincere in hac l.aliud est, quàm reum sibi condemnari. hic autem neuter alteri condemnatur:nam utercȝ possidebat. cum ergo utercȝ sit actor, neuter uincit. ut in Instit.de interdict. §. hodie. Reum uerò uincere, est non aufferri quod apud se est:hoc est absolui in hoc casu.Vbi utercȝ uincit, quæritur quis rei uendicationem intendere possit:probat Adericus, quòd nullus:quia utercȝ possidet. ut in Instit. de interdict. §. quoties quocȝ.Io.dicit,utrũcȝ posse agere: uel quia utercȝ commodo possessionis renunciare uideatur, intendendo rei uendicationem :uel quia quod dicitur,non dari actionem possidenti, uerum est omnino,& ciuiliter,& naturaliter.

Præstito aliquanto tempore,non præstari in futurum.

C.de pact.l.si certis.
C.de usu.l.creditor.
C.de long.temp.præs.l.ult.
C.de agri.& cens.l.litibus.
ff.de off.procons.l.solent.
ff.de usufr.leg.l.uxori maritus.
ff.de annu.leg.l.scio.§.medico.
ff.de oper.lib.l.operis.

ff.de

ff. de prob. l. cum de indebito.

Contrà.

C. de lib. cauſ. l. nec ſi uoles.
ff. de pact. do. l. conueniri.
ff. de uſu. l. cum de in rem.

Præſtito aliq. &c.] Solutio aliquando facta, nunquam obligat in futurum, ut in hac Rubr. Si tamen ex aliqua cauſa dicam mihi deberi, & ad intentionē meam fundandam induco longo tempore factam ſolutionē, prodeſt: ut notaui ff. de uſufr. l. de in rem uerſ. ſ. Quod ab initio non ualet, tract. &c.

Eum qui deiecit bon. fid. poſſ. etiam ſi domino reſtituat, ei bon. fid. poſſeſſori teneri.

ff. unde ui. l. ſicut. l. ſi reum. §. ult.
ff. quod ui aut clam l. ſi alius. §. eſt.
ff. depoſ. l. ſi plures.
ff. de con. furt. l. qui fur.
ff. ad Turp. l. ſenatusconſ.
ff. de furt. l. inter omnes.
ff. de pet. hær. l. illud.
ff. quod met. cauſ. l. ſicut. §. ſi homo.
ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi deceßit.
ff. de rei uend. l. item.
C. de fideicommiß. l. ſancimus.

Contrà.

ff. de act. & obl. l. his
ff. de hær. uend. l. uend.
ff. de reg. iur. l. Titiæ. §. ult.

Eum qui deiecit, &c.] Is qui deiecit bonæ fidei poſſeſſor. tenetur ei, licet domino rem reſtituat: ut in hac Rub. Nec obſtat, quod in cōtraria Rub. dicitur. nam ibi non præceſſerat mora, ut per eaſdem leges probatur:

probatur: hic autẽ ſtatim cœpit eſſe in mora, à tempore inuaſionis. unde non liberatur.

Interdictum quorum bonor. cõpetit contra eum, qui nec pro hærede, nec pro poſſeſſore poßidet, non obſtãte proprietatis quæſtione. multo ergo minus nec titulo, cùm nemo ſine titulo habeat dominium, cum ſolùm publicianæ obeſt proprietatis quæſtio.

C. de appell. l. 1.
C. de ord. cog. l. 1. §. ſi quando.
C. quor. bon. l. ult.
C. de edic. diui Adri. tol.
C. de don. inter uir. & ux. l. ſi maritus.
ff. quorum bon. l. 1.
C. loca. l. ſi quis conduc.
C. de ſponſal. l. ult.
ff. de excep. rei iud. l. & eadem. §. ſi quis.
ff. de ui & ui arm. l. ſi fundus. §. qui loca.
ff. de tab. exhib. l. locum. §. quòd locum.
ff. ſolut. mat. l. ſi alienam rem.

Interdictũ, &c. & cõtrà.] Hæc Rub. falſò poſita eſt. datur enim interdictum quorum bon. contra eum, qui pro hærede uel poſſeſſore poſsidet. patet autẽ, quia iſti non ſunt titulí. ut in Inſtit. de interdict. §. ad id. & ita non datur contra titulo poſsidentẽ. Si quæras: Quid ergo dicitur, ſi non uſuceperit dari interdictum: ut ff. quor. bon. l. 1. cum uſucapio ſine titulo non procedat? Reſpon. imò procedit quandoque. ut ff. pro legato. l. 4. Leges uerò ſubiectæ non faciunt ad rem.

Obſtat

Obstat proprietati mota quæstio, si statim posſit linquere.

In Aut. de testib. §. si uerò quis dicat.
C. de competen. l. ult.
ff. ad exhiben. l. in hac. §. Pomp. & l. 4. §. ibidem.
ff. ad Treb. l. ille à quo. §. si de.
ff. ut in poss. le. ser. cauſ. l. si his.
ff. de Carb. edict. l. Carbo.
ff. de custod. reor. l. si quis seruum.

Obstat proprietati, &c.] Hæc est nota.

DE OBSIDIBVS, ET FVRIOSIS, ATQVE infantibus.

RVBRICA LXXXIIII.

Obsides iure accipi possunt.

ff. de iur. fisci. l. diuus.
ff. de testam. l. obsides.
ff. quib. ex cauſ. maio. l. nec no.

Obsides, &c.] Hæc est nota.

Et furiosus & infans loco nullius habentur.

ff. de arb. diem. l. si quis lib.
ff. ad l. Aquil. l. sed etsi.
ff. loca. l. qui ad certum.
ff. de usur. l. cùm quidam. §. si pupil.
ff. de acquir. poss. l. 1. §. certum.
ff. de iniur. l. sed etsi unus. §. filiusfam.

Imò alicuius, quia contradicentis & inuiti.

ff. de procur. l. 2.

ff.de seruit.rust.præd.l.etiam in fundo.
ff.ut in poss.leg.l. 1.§.1.§.impera.
ff.quib.ex caus.in poss.eat.l. Fulcinius.

Et furiosus,&c. & cõtrà.] Pro nullis isti habentur, ut consentiãt in suum præiudicium, circa ea in quibus est uoluntas necessaria: ut in hac Rub. imò in illis uidentur inuiti: ut in cõtraria Rub. & ita sibi consonant. in illis uerò, in quib. tacita sufficit uoluntas, aliud est. ut ff.solut.matr.l.2.§.ult.

DE POENIS, ET MALEFICIIS. EX QVIbus causis pœnæ irrogantur.

RVBRICA LXXXV.

Pœnæ irrogantur conuentionaliter.

ff.de admi.tut. l.debitori.
C.de arb.tut.l.quicquid.
C.de transl.l.cùm proponas.
C.de sponsl.l.ult.§.ult.
C.de contrah.stip. l.mag.
ff.si quis caut. l.si duo.§.si seruus.& §.si pu.
ff.de transl.l.pen.
ff.pro soc.l.cum quis à socio.
ff.de arb.non distin.§.cùm ar.
ff.de ser.expor.l.seruus.
ff.de act.emp.l.prædia.
ff.de pact do.l.si pater.§.si mulier.
ff.de pact.l rescrip.§.si pacto.
ff.de dol.excep.l.apud.§.Labeo.
ff.de uerb.obl.l.stip.§.alteri.
ff.de re iud.l.quòd à quoquam.

ff.de

ff. de off. præsid. l. diuus. in fin.

Puniuntur quidam per denegationem iurisdictionis.

ff. de re iud. l. contumacia.
ff. quib. ex caus. ma. res. l. sed &. §. actio.

Facientes & consentientes pari pœna puniuntur.

In Decret. 2. q. 1. negligere.

Abacta pudicitia punitur.

C. de his qui latro. uel alijs. l. 1.
ff. de sepul. uiola. l. 3. §. diuus.
Contrà, ff. de public. l. si mulier.
ff. de iur. patron. l. adigere.
C. de sacros. Eccl. l. iubemus. §. œcono.
Contrà, C. de Epis. & cler. l. raptores.

Abacta punitur.

C. de secund. nupt. Autent. idem.
C. de reuoc. dona. l. his so.
ff. de iniur. l. item. §. si quis.

Prætermissa puniuntur.

C. de secun. nup. l. 1.
ff. de his, quib. ut indig. l. 1.

Bene gesta etiam puniuntur.

C. de neg. gest. l. ult.
ff. de re mil. l. 3. §. in libello.

Punitur quis in eo, in quo deliquit, uel delinquere uoluit.

C. de furt. l. si quis.
C. de usur. l. pecuniæ.
In Instit. de socie. §. sed planè.

C. de legib. l. non dubium.
ff. de uulg. & pup. l. ex fac. §. Iul.
ff. pro soc. l. actionem. §. diximus.
ff. de furt. l. qui uas.

Punitur quis in eo, in quo non deliquit.

ff. de dona. l. quidam iniur. §. ult.
ff. ad Treb. l. si hæres.

Punitur festinatio.

ff. de don. l. quidam.
C. de secund. nup. l. 1.
In Instit. pro soc. §. manet.

Quando pœna conuentionalis
Abacta pudicitia
Bene gesta
Prætermissa
} puniuntur.]

Hæ omnes sunt notæ. sed illã arguo: Bene gesta, &c. debuit enim dicere, bona gesta. nam in ff. de re milit. l. 3. §. in bello. & de neg. gest. l. ult. in C. non erat bene factũ, & si bonũ primũ utile esset: alioquin nõ puniret. ut ff. quod quisq; iur. in alterum stat. l. ult.

Punitur cogitatio.

C. de his qui ad Eccles. confugiunt. l. ult.

Contrà.

ff. de pœnis. l. cogitationis.
ff. de fur. l. 1.
In Decret. dis. 32. erubes.

Punitur cogitatio: & contrà.] Ita tamen, si progrediat ad actũ: alioquin cõtrà, ut in cõtraria R. Vel distingue inter maleficia & cõtractus: ut, in maleficijs conatus solus sufficit, in cõtractibus nõ. Vel dicas, q; in cõtractib. uel priuilegijs nõ sufficit solus affectus, si in iure effectus ibi desideret. ut ff. qđ quis. iur. l. 1.

Contrà

Contrà punitur negligentia.

C. de sacr. & pag. l. 1. §. ult.
C. de bon. proscript. l. si qua.

Punitur negligentia, &c.] Hæc est nota.

Punitur affectus, ac si secutus fuisset effectus.

C. de his qui ad Eccl. confugiunt. l. 2. §. pen. & ult.
ff. de extraord. cri. l. 1.
ff. de postu. l. 1. §. Nesen.
C. de amit. tu. l. amplissimi.
C. ad l. iul. de adult. l. cum.
C. de Epis. & cler. l. si quis non dub.
ff. de rer. diuis. l. si quis.
ff. de calum. l. & generaliter. §. 1.
In Decret. dis. 18. Anastasius.

Contrà.

ff. de iniur. l. item apud. §. si cum.
ff. de his qui not. infam. l. qui autem.

Punitur, &c. & contrà.] Hoc, si progrediatur ad aliquem actum præparatorium cogitationis: alioquin nunquam punitur. sed neq; tũc punitur semper, nisi enorme fuerit, ad quod accesserit. ar. ff. de his qui not. infam. l. qui autem. & l. in actionibus.

Audacia punitur.

C. de Epis. l. si quis non.
C. de hæret. l. quicunq;. §. idcirco.
C. si rect. prouinciæ. l. 1.

Cessantem in eo quod facere debet, puniri.

C. de admi. tut. l. debitoribus & cu.
C. de susp. tut. l. 2.
C. arb. tut. l. quicquid.
C. qui pet. tut. l. 2.
C. de off. præs. l. diuus Mar.
ff. de pet. hær. l. si ut.

Contrà.

C.ad S.consſ.Tert.l.matres.
ff.ad Tertul.l.2.§.ult.
C.quibus ut indig.l.quid oportet.
ff.de pet.hær.l.quòd ſi poſt.
ff.de uſufr.l.ear.rer.quæ uſu.l.hoc ſenatus.§.1.
ff.ad exhib.l.1ul.§.ſi tibi.
ff.de euict.l.ſi fundus meum.
ff.de reg.iur.l.ſi quis.§.ſi unus.

Ceſſantẽ,&c. & contrà.] Si obligatus ſum aliquid facere,& non facio,teneor ob id: ut in hac Rub. Nec obſtat,quod dicitur in C.ad Tert.l. matres. quia ibi mater non erat obligata petere tutores. Similiter reſp.in ff.de pet.hæred.l.ꝙ ſi poſt.quia & ibi excuſante eũ iuſta ignorantia, non tenebat exigere cautionem.ſimiliter reſpondeo in ff.uſufr.l. quemad. ca.l. omnes.§.ult. & ad omnes alias quæ ſunt in cõtraria Rub. Nec enim ſunt caſus, in quibus quis facere teneatur,ſed poterat,ſi uellet.Quod aũt opponit̃ in ff. ad Tert.l.2.§.ult.non facit ad rem.

Eſſe illicitum puniendum.

C.de hæret.l.quicunq;.
C.ad l.1ul.re.l.1.
C.depoſ.l.bona fides.
ff.de legib.l.1.& 2.& l.nam & Demoſth.
ff.ad l.Aquil.l.ſi ita uul.§.peſti.
ff.de except.dol.l.ſi procur.
ff.de ſol.l.Stichum.§.1.
ff.de adul.l.ſi pi.§.ſi lib.
ff.de pœn.l.antepen.
ff.de iniur.l.item Labeo.§.ſi ſic.

Contrà.

C.de reli.l.mili.
C.quib.ut indig.l.non oportet.

C.de

C.de his qui ad Eccl.conf.l. ult.
C.de pigno.l.creditores,qui.
ff.de pet.hær.l.hæredi.
ff.de relig.l.si quis.§.hæc autem.& §.si dolia.
ff.de sepul.uiol.l.prætor.§.non per.
ff.de leg.1.l.seruo.in fi.
ff.de furt.l.creditor cum edi.

Omne illicitũ,&c. & cõtrà.] Sciendũ,omnia illicita puniẽda:ut in hac Rub.sed tamẽ illicitorũ adhibẽt discretio.quædã.n. etsi dicant illicita, nõ tamen puniunt:quia adeò leuia sunt delicta, ut nec curauerit lex talia punire,in quib.à pœna excusat aliquem leuitas criminis:ut in casibus cõtrar.Rub. Dicunt ergo illa delicta illicita,id est, iure nõ admissa: si uerò sint illicita,ut prohibeant tanquã grauia,uel grauiora,seu grauissima,sine dubio puniunt.Semper autẽ intelligo puniendũ, & graue esse delictũ, admissum lege nõ concedẽte, nisi lex nominatim dicat nõ esse puniendum:ut in casibus contrariæ Rub.notatis.

Punitur species.

ff.de diuers.rescript.l.sicut.in fin.
ff.de pet.bon.sub.l.1.

Punitur species.] Hæc est nota.

Quod non malo animo fit,punitur.

C.si cert.pet.l.1.2.& 3.
C.de contract.l.1.
ff.locat.l.si quæ igno.
ff.de redhib.l.qui scit.§.apud.
ff.de uulg.& pup.subst.l.si filius.
ff.de oper.lib.l.si quis lib.
ff.de lib.caus.l.cum ma.§.si patris.
ff.de aq.plu.arc.l.1.§.denique.
ff.quod ui aut clàm.l.si alius.§.est.
ff.de furt.l.si is qui.

ff. de sica. l. 1. §. diuus. & l. diuus.
ff. de iniur. l. si quis eum, qui. §. ult.
ff. de pœn. l. aut. §. eum.
ff. de incend. rui. nauf. l. quoties. §. non.

Contrà.

ff. ne quis eum qui in ius uoc. l. si quis. §. prætor.
ff. ad l. Aquil. l. scientia. §. qui cum ali.
ff. de ui bon. rap. l. prætor. §. sanè. §. sed autem.
ff. de pœn. l. si quis aliquem. §. qui arbor.
ff. de furt. l. inter. §. pen.
ff. si mens. fals. mod. dix. l. in pu. §. 1.

Quod non malo, &c.] Hæc Rub. est intellígenda in his tantũ causis, ex quibus de dolo tantũ tenetur quis: ut plenè díximus s. eo. de iur. & fact. ign. Et ita nõ obstat, quod dicit ad l. Aquil. l. scientia. §. qui cũ. quia in l. Aquil. nõ dolus tantũ, sed etiã culpa leuissima uenit. ut ff. ad l. Aquil. l. in lege. Nec obstat, qd allegat in cõtraría Rub. ín ff. ne quis eum, qui in ius uoc. l. ꝙ si quis. §. ult. ibi eñ nõ cessabat dolus, quantũ ad eximentẽ, uel exemptũ, sed quantũ ad uocantẽ ín ius: unde nihilominus tenet. Quod aũt legit, ff. de ui bon. rapt. l. prætor. nõ uideo cõtra id facere. Qd aũt dicit in ff. ad l. Cornel. de sica. l. eiusdẽ. nõ obstat. Verũ est, non puníri factũ nõ dolo: adeò subaudí, ut puniret dolo cõmisso. punit tamẽ leuius, quãdo ꝙ propter uitandũ malũ exemplum, uel propter lasciuías cohíbendas. ut ín prædicto tit. l. lege. §. 1. & l. in lege. & de pœnis. l. si quis. §. qui aborti.

Sine culpa pœna non debet imponi.

ff. de pœn. l. absentem.
Contrà, in Decret. dis. 22. renouantes.

Peccatum suos teneat autores. uel, pœna non debet egredi delictum.

C. de pœn. l. sancimus. ff. quib.

ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. Fulci. §. qui ſcit.
Contrà, ff. quod quiſq; iur. l. 3. §. hæc pœna.
ff. de iud. l. 2. §. ſed ſi agant.
ff. de pœn. l. aut facta. §. ult.
ff. de iniur. l. eum. §. iniuriam.

Quod non malo animo fit, non punitur.

ff. de rei uend. l. ſin autem. §. ſi homo.
ff. de tutel. l. 1. §. nec.
ff. de nox. l. electio. §. 2.
ff. de cond. & demonſt. l. quæſitum.
ff. ſi menſ. fálſ. mod. dix. l. 4.
ff. de fál. l. in pu. §. 2.
ff. de furt. l. inter. §. penult.

Etiam quod malo, &c.] Quod fit malo animo, meretur pœnam: ut ſ. eo. Omne illicitum, &c. ſi tamen inducat effectum, id eſt, ut efficaciter contrahatur delictum: alioquin contrà. ut ff. de furt. l. inter. §. ult. & ad l. Cornel. de fal. l. impuberem. §. 2. Item meretur pœnam, dico, etſi non quadam altera tamen actione. ut ff. de rei uend. l. ſin autem. §. ſi homo. Si tamen contigiſſet actori, etiam non admiſſo delicto, excuſatur delinquẽs. ut ſ. de nox. l. elect. §. ſi is. Et ita ſoluuntur leges huius Rubr.

Quia negligens circa ſuum factum fuit, ideo puniri debuit.

C. de teſtib. l. ſi quando.
C. de pagan. & eorum ſa. l. Chriſtianis.

Qui malè cœpit, & non compleuit, non punitur.

In Lombar. de furt. l. ſi hominem.
C. de plus pet.

C. quod quisq; iur. l. 1. §. ult.
ff. de in ius uoc. l. quamuis per alium.
ff. de his qui not. infam. l. qui autem.
ff. quibus ut indig. l. ult. §. ult.
ff. de inoff. test. l. Pap. §. memi.
ff. de bon. lib. l. si uerò qui cum. §. si Pd.
ff. rem rat. hab. l. amplius.
ff. de fal. l. qui falsam.
ff. de furt. l. uulga. §. qui fur.
ff. de uerb. sig. l. si pœnæ.
ff. de dolo l. cum decem.
ff. de iniur. l. item. §. si curauerit.
ff. de iur. fisc. l. 3. §. 1.

Contrà.

C. de Epis. l. si quis non dicam.
C. de Epis. aud. l. nemo.
C. de his qui ad Eccl. confug. l. fideles.
C. de transf. l. si quis maior.
C. de asse. l. nemo.
C. de hæret. l. quicunq; propter fi.
C. de furt. l. si quis.
C. si quacunq; præ. po. l. 1. §. 1.
C. ad l. Iul. maiest. §. maior quisquis.
C. de fals. l. qui fal.
C. de adult. l. eum.
C. de pet. bon. sub. l. 1.
C. de crim. sacri. l. ult.
ff. quod quisq; iur. l. 3. in prin.
ff. de postu. l. 1. §. item re.
ff. de calum. l. & genera.
ff. de orig. iur. l. in necess. §. primus diuus.
ff. de alien. iud. mut. caus. l. 2. §. 1.
ff. de cond. ob turp. caus. l. si à seruo.
ff. de pact. l. 1. in fi. & l. 3.

ff. de pœn. l. si quis ad. §. ult.
ff. de sica. l. 1. §. diuus. & l. diuus.
ff. de ext. ord. crim. l. 1.
In Aut. de his, qui ingre. ad app. §. illud.

Qui malè cœpit, &c. & contrà.] Si quis aliquid malè incipiat gerere, nec consummauerit, non tenetur: ut in hac Rub. nisi ea res fuerit adeò turpis, ut etiam consilium solum cum rei principio debeat puniri. ut ff. de his qui not. infam. l. qui autem. & per exempla multa in contraria Rub. posita, idem proba tur: ut & ꝫ. dixi, Omne illicitum, &c. & ꝫ. eod. Punitur affectus.

Magis punitur, qui in dignitate delinquit, quàm priuatus.

In Aut. ut lic. mat. & au. §. qui autem.
In Aut. ut nulli iud. §. necessarium.
In Aut. ut defunc. seu fu. §. 1.
C. de Epis. l. presbyteris.
C. de hære. l. cum antiq.
ff. de re. mil. l. 2.
ff. de pœn. l. quædam delic.

Contrà.

In Instit. de impub. sub. l. in prin. §. lex. & §. eadem.
C. de Episcopis. l. presbyteri. & l. plerunq; in fin.
C. de pagan. l. nemo.
C. res uen. non poss. l. ult.
ff. de abigeis. l. 1.
ff. de effract. & ex. l. 1.
ff. de crim. stell. l. 3. §. 1. in fin.
ff. de sica. qui cædem. l. pen.
ff. ad l. iul. rep. l. sacrile.

Magis punitur, &c. & contrà.] Dignitas nō auget pœnam delicti, sed minuit, ut in contraria Rubrica. nisi

nisi in sacerdotali dignitate. ut C. de Episcopis. c. presbyteris. quod hodie per Aut. ibidem positam recipit correctionem: quia mitius puniuntur, quàm alij clerici inferioris ordinis. In milite tamen, propter dignitatẽ augetur pœna: nec semper, sed in quibusdam delictis. ut ff. de pœn. l. quædam. Quod autem legitur in ff. de re mil. l. 2. ad milites tantum restringendum est, quod dicitur, ut in cæteris Autẽ. Autẽt. ut liceat mat. & au. & lex in C. de hær. cuncti. nihil uideo ad rem facere.

ADIECTIO.

In pecuniarijs pœnis grauius puniũtur, qui sunt maioris: in corporalibus, mitius: uel distingue, an aliquid in eo quod habet priuilegium: & tunc grauius delinquere intelliguntur, & grauius puniũtur: an in alio quo casu propter dignitatem mitius puniuntur.

Magis delinquit qui clàm, quàm qui palàm.

C. de Ep. l. officiales.
C. de coll. l. detegere.
ff. de ritu nupt. l. ult.
ff. de aut. tu. l. 5.
ff. de admi. tu. l. cùm est.
C. de malef. & math. l. 1.
C. de diuor. l. uxor.
C. mand. l. alumna.
ff. quod ui aut clàm. l. si. §. est semper. §. 3.
ff. de iniur. l. qui sena.
ff. de iure fisc. l. non intelligitur.
ff. ar. fur. cæ. l. fam.

Contrà.

C. de sum. trin. l. nemo clericus.

ff. ui

ff.ui bon.rap.l.2.§.in hoc.in fin.

Magis delinquit,&c. & contrà.] Hæc Rub.est intelligenda,cùm dubitatur,utrum scienter, an ignoranter quis commiserit delictũ:præsumitur enim scienter commissum,propterea quòd occultè est admissum.si quando constat de scientia, æqualiter ambo puniuntur,cum idem sit utriusq; delictum. Nec obstat,quod in cõtraria Rub.dicitur:quia illud specialiter in fide catholica,ne si publicè disputetur, detur materia dubitandi, & errandi circa fidem nostram. quod esset ualde periculosum: ut in eadem lege dicitur.ibi,ex hoc tumultus,&c.

ADIECTIO.

Imò dico distinguendum,an tale sit, quod in publico sit faciendum,ut nuptię:nam clandestinę sunt prohibitæ.an tale,quod publicè fieri sit inhibitum. ut C.de sum.trin.l.disputare.

Magis punitur,& crimen augetur,si perseuerauerit in delicto.

In Aut.de trien.& sem.§.studium.
In Aut.de man.prin.§.sed etiam.
ff.de inoff.test.l. si quis seruo.
C.de Epis.aud.l.nemo.
C.de postu.l.siquidem.
C.de fideicom.lib.l.si quis in suo.
ff.quod met.caus.l.si cum.§.si quis.
ff.de pœn.l.capita. §. solent.

Contrà.

ff.de ritu nupt.l.qui in prouincia.
ff.de fur.l. ei qui furti.
ff.de pœn.l.si diutius.§.uerbum.

Magis punitur, &c. & contrà.] Illud indubitanter uerum est,criminis augeri pœnam propter perseuerationem.

rationem. attende tamen, quòd quædam sunt crimina, quæ à principio accipiunt exitum & consummationem, & à principio sunt pœnales: quædã ex pòst facto tantum, & ex perseuerantia. ut in Instit. de act. §. omnes. In omnibus tamen criminalibus augetur pœna ex perseuerantia: ut in hac Rub. augetur dico, criminaliter intentata accusatione: etsi non augetur in ciuili petitione. ut ff. de furtis. l. ei qui furti. & de pœnis. l. capitalium. §. solent. Nec obstat, quod dicitur in ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia. §. 1. quia ibi ab initio crimen nõ fuit contractum, dolo cessante: quia iuris ignorantia facta fuit coniunctio: & ideo non damnatur perseuerantia. Et ita soluitur contraria Rubrica.

Nihil interest, quis ab initio delinquat, an ex pòst facto.

ff. depos. l. si quis inficiaturus.
ff. de redhib. l. qui scit. §. idem ait.
ff. de petit. hær. l. sed si le. §. de eo.
ff. de dol. excep. l. 2. §. si quis.
ff. si quis omis. caus. test. l. 1. §. pen. in fin.
ff. de act. empt. l. Iul. §. si sterilis.
C. de seruis fug. l. quicunq;.
C. de furt. l. si quis seruo.

Sub alterius prætextu alium non puniri. Pœnæ suos tenent authores.

C. de don. inter uir. & ux. l. res.
C. de admin. tut. l. non est.
C. de pœn. l. sancimus. & l. crimen.
C. de maiest. & mathem. l. ult.

Contrà.

ff. ad l. Iul. maiest. l. quisquis.

Sub

Sub alterius,&c.& contrà.] Ibi tantum debet esse pœna, ubi delictum est: ut in hac Rub. Fallit tamen in casu: ut in contraria Rubr. dicitur.

Similes sunt in pœna, qui similes sunt in culpa.

In Lombar. de ser. fug. l. si quis lib.
C de Episc. & cler. l. si quis.
ff. de off. præsid. l. diuus.

Similes,&c.] Hæc est nota.

Priora maleficia per posteriora impunita relinqui.

ff. ne quid in loc. publ. l. 2. §. idem ait.
ff. quod ui aut clàm. l. si alius. §. bellis. & l. ult.

Contrà.

ff. ad l. Aquil. l. illud. §. ult.
ff. de preca. l. quoniam.
ff. de nox. l. quemadm. §. 1.
ff. de priuat. delic. l. 2.

Priora maleficia,&c. & contrà.] Hîc non debuit signari contrà, sed debuit dicere, & arg. contra. nota est enim: quia sunt casus, in quibus priora delicta per posteriora impunita relinquũtur: & econtrariò, posteriora per priora impunita remanẽt quandoq; : ut per subiectos casus apparet.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur.

C. de hæretic. l. quoniam.
C. de inoff. test. l. mare.
C. de testib. l. si quis.
C. de accusa. l. ult.
C. de lib. caus. l. si filium.
C. de donat. l. si duo.

ff. de

ff. de eo per quem fact. l. ult. §. si Stic. & §. sed.
ff. de compen. l. si ambo.
ff. ne quis eum qui in ius uoc. l. 2.
ff. ne quid in loc. pub. l. 2. §. idem.
ff. de adult. l. si uxor. §. 1. capite.
ff. de contrab. emp. l. domum. in fin.
ff. de Carb. edic. l. licet.
ff. de dol. except. l. apud Cel. §. mor.
ff. de re iud. l. cum par.
In Aut. de his qui ingre. ad ap. §. illud.

Mutua crimina non compensantur.

ff. de suspec. tut. l. tutor.
ff. de dam. infect. l. dam. §. fund.
ff. de adult. l. si uxor. §. uides. & l. 2.
ff. de aq. quot. l. 1. §. si inter.
ff. ad l. Iul. ma. l. 5. in fin.

Paria, &c. & contrà.] Verum est, paria delicta per compensationem aboleri, ut in hac Rubr. dicitur: si tamen is qui compensationem obijcit, suo tempore obijciat eam: alioquin contrà. ut ff. sol. mat. l. uiro. & ad l. Iul. ma. l. 1. §. si publico. & l. si maritus. §. præscriptiones. Item est intelligenda hæc Rubr. cum is qui uult obijcere compensationem, non præiudicauit sibi, approbando delictum: alioquin contrà. ut ff. ad l. Iul. de adult. l. si uxor. §. ult. Alias autem leges, signatas in contraria Rub. non uideo ad rem facere.

ADIECTIO.

In delictis & culpa dicimus compensationem ipso iure, antequam ab homine admittatur, admitti: in alijs, nisi primò ab homine fuerit obiecta. uel melius: in delictis locum habet ut admittatur compensatio, cum ciuiliter ex eis agimus, uolentes sequi pœnam pecuniariam tantum. si criminaliter, compensatio nõ admittitur, ne maleficia sint impunita.

ut ff.

ut ff. ad Iul. de adult. l. si uxor. §. iudex. Causa.

Pœna propter contumaciam infertur.

Ipso iure compensatio in delictis inducitur. Io. in quantitatibus minimè, ut contrahentes eam amiserint. Ego autem credo, fore distinguendū inter contractus bonæ fidei & stricti iuris. ut in Instit.

Pœna per contumaciam infertur.

ff. de re iud. l. cæterùm.
ff. de pœn. l. 4.
ff. de re iud. l. non potest dolo.

Pœna per contumaciam, &c.] Hæc est nota.

Pœna semel commissa, amplius non complectatur.

ff. iudic. sol. l. cùm quæro.
ff. de arbit. l. si duo. §. ult.
ff. de ædil. edic. l. si tantum. §. 3.
ff. quod fal. tu. aut. l. ult.

Pœna semel commissa, &c.] Si quidem stipulatio incertum, puta factum contineat, sæpius committi potest. ut ff. de uerb. obl. l. si sic stip. Si uerò contineat pœnam certam, non nisi semel, nisi hoc actum est, ut in singulas causas committatur: ut in hac Rub.

Plus facit factum, quàm delictum.

Contrà, C. quando ciuilis actio præu. crim.

Sed ubi ciuiliter sæpius agatur, uel criminaliter est inhibitum, potest tamen agi ciuiliter & criminaliter: nec intelligitur sæpius agi de admisso unius: quia ad aliquid agitur.

Plus facit factum, quàm delictum, &c.] Hanc Rubricam inuenio falsam. sic enim debuit dicere: Plus facit factum, quàm dictum. plus dico, id est, apertius ostenditur ueritas. ut probatur per l. de ædil. edict. l. si tamen. §. ei qui.

Non debet quis de eadem re precium & pœnam consequi.

ff. de neg. gest. l. si ut. & l. qui ei.
ff. de interd. & releg. l. rele. in fin.
ff. qui ex caus. l. si cui concor.
ff. naut. caup. l. sed & ipse.
ff. ne quis eum qui in ius uoc. l. 1.
ff. de minor. l. si cui.

Contrà.

ff. de his quib. ut indig. l. 1.
ff. de excusa. tut. l. 3. §. si &.
ff. de suspect. tut. l. decreto.
ff. de test. l. testium. §. Iul.
ff. de procur. l. sed hæc.
ff. de his qui not. infam. l. 2. §. miles.

Non debet, &c. & contrà.] Verum est, ex eodem facto pœnam & præmium quem non debere sentire, ut in hac Rubrica: ut intelligas factum id, in quo quis delictum commisit. & ideo non est contrà, quod dicitur in contraria Rubrica, de excus. tut. l. sed & milites. §. sed & igno. quia in ipsa missione non commisit delictum is qui mittitur, sed prius in alio. Et ita determinatur lex de suspect. tut. l. decreto. & aliæ omnes.

DE

DE ACCVSATIONIBVS ET EXCVSATIONIBVS.

RVBRICA LXXXVI.

Qui non possint de symonia argui, uel accusari: qui ordinationem facit, ut recipiat prædia Ecclesiastica.

ff. quæ in fraud. cred. l. pupill.
ff. de usur. l. creditor qui ui. §. ult.

Qui non possint, &c.] Hæc est nota.

Excusatur quis à delicto, ratione iuris quod in se habet.

ff. pro socio. l. meritò.

Accusatio non tollitur tempore: quia crimina non extinguuntur morte.

In Instit. de hær. quæ ab intest. §. per. Contrà.
C. de hæret. & Manich. l. Manichæos.
C. de apostatis. l. apostatarum.
C. si reus uel accu. l. defunc.
ff. de his, quib. ut indig. l. 1.
ff. de publ. l. continge. §. illi.
ff. de accusa. l. duo.
ff. ad l. Pompe. de parri. l. ult.
ff. de fal. l. qui falsam.
ff. ad l. Iul. pecul. l. ult.

Contrà.

C. de inoff. test. l. si quis filium. in fin.
C. de impu. & al. sub. l. quamuis.

ff. de calum. l. in hæredem.
ff. de diuers. temp. præs. l. præscriptionibus.
ff. de iniur. l. si tamen.
ff. ad l. Iul. de adult. l. si adulter.

Accusatio, &c.] Accusationes omnes limitatæ sunt spacio 20. annor. nisi in quibusdam aliud specialiter dicat. quod dic, ut notaui C. ad l. Corn. de fal. l. querela Nec obstat, quod dicitur in cõtraria Rub. in C. de inoff. test. l. si quis fi. & de impub. & al. sub. l. quamuis nihil enim uideo eas ad rem facere. morte autem omnia crimina extinguuntur: nisi crimen læsæ maiestatis, & repetundarum, & apostatatus. ut ff. de accus. & inscript. l. ex iudiciorum. & C. de apostat. l. 2. & l. apostata. in fine legis.

Subscribere debet qui accusat, sese ad similem pœnam uelle obligari.

C. de fid. instrum. l. 2. sed Io. contrà.

Non excusatur, qui propter factum suum incidit in delictum uel damnum.

ff. qui satisd. cog. l. fideiuss. l. si necesse.
ff. si quis caut. l. 2. §. quod diximus.
ff. ad l. Aquil. l. idem iur.
ff. pro socio. l. uerùm. §. tempore.
ff. de act & ob. l. 4.
ff. de act empt. & uend. l. Iul. §. idemq;.
ff. de adul. l mater autem. §. miles.
In Instit. quib. mod re contrah. §. item.
In Decre. dis. 50. clericus.

Diuersæ species uocationum non prosunt ad excusationem.

ff. de numero tut. l. si tres.

C. de

C.de usur.l.usuræ.
ff.de uerb.obl.l.si ita stip.§.Titius.
ff.de procur.l.non tantum.

Sed quæ non prosunt singula, multa iuuant. uel, duo imperfecta unum perfectum faciunt.

C.de procur.l.neq;.
C.de agri.& cens.l.causa.& l.sancimus.
C.quor.app.non recip.l.2.
C.de testamentis.l.sancimus.
In Aut.de instrum.cau.§.si uerò. §.oper.

Non excusatur,&c. } Hæ sunt notæ.
Diuersæ species,&c. }

Qui ius suum exercuit, à condemnatione, & à delicto excusatur.

C.de adul.l.Gracchus.
ff.ad Treb.l.de duc.§.qui post tempus.
ff.de lib.hom.exhib.l.3.§.si eum.
ff.de iurisd.omnium iud.l.si quis id quod.
ff.de in ius uoc.l.communis libertus.
ff.de his qui not.infam.l.libero.§.ult.
ff.de rei uend.l.is,à quo seruus.
ff.de bon.quæ lib.l.qui cum ma.§.si pater.
ff.de his quib.ut indig.l.m.§.rectè.
ff.de aq.plu.arcen.l.1.addatur.§ quanti.
ff.de solut.l.stipulatus.§.si an.
ff.de fal.l.filius.§.1.& §.diuus.
ff.de reg.iur.l.is damnum.§.ad ea quæ non.

Contrà.

C.de accus.l.non ideo.
C.de rap.uirg.§ sin autem.
ff.ad l.Aquil.l.quemad.§.manci.

ff. de peric. & con. rei uen. l. eum qui.
ff. de ui & ui arm. l. 1. §. quoties.
ff. quod ui aut clàm. l. si ego tibi.
ff. de act. & ob. l. seruus non. l. in omnibus.
ff. de iniur. l. non solùm. §. 1. & §. si malo.
ff. de iur. fisc. l. 1. §. diuus pius.

Ius suum, &c. & contrà.] Si hæc Rub. bene intelligatur, non recipiet contrarietatem: id est, ut in eo quod quis iure suo faciat, non patiatur pœnã Exemplum optimum, C. ad l. Iul. de adult. l. Gracchus. Sin autem ius in alio uel ad aliud faciendum quis habeat, non ideo minus tenetur. Et ita soluuntur leges contrariæ Rubricæ.

Quando ex sola suspicione debet purgari innocentia.

C. de his qui ad Eccles. confug. l. ult.
C. de adult. l. quamuis.
In Aut. ut litigan. iu. §. 1.

Propter ualetudinem aliquem excusari.

ff. si quis caut. l. 2. §. 2.
ff. de maio. l. sicut & de doli excep. l. apud. §. 1.
ff. de alie. iud. mu. caus. facta. l. non solùm. §. si quis.
ff. de oper. liber. l. cum hæres. §. Stichus.
ff. de except. l. licet autem.

Excusatur quis per sententiam, licet incidat in uerba.

Arg. cõtra P. qui dicebat ar. illius l. ff. quí & à quíb. l. prospexit. quòd excusatio datur. & ff. de iure patron. l. adigere. & in Instit. de ob. quæ ex ma. §. furtum. & ff. quí petant. tut. l. credendum. & ff. ad l. Iul. de adul. l. níhil.

Non

Non debet alium arguere, uel accusare, qui argui potest.

ff. de leg. 3. l. cum pater libertis.
ff. de adul. l. si uxor.
Contrà, ff. de iud. l. si seruitus.
ff. de adult. l. 2. §. si publi.

Quando ex sola, &c.
Propter ualetudinẽ, &c.
Excusatur quis per, &c.
Non debet alium, &c.
} Hæ omnes sunt notæ.

Maioris autoritas excusat.

C. ad l. Iul. de ui. l. seruos.
ff. qui not. infam. l. furti. §. qui iussu.
ff. de iurisd. om. iud. l. si quis. §. serui.
ff. de min. 25. ann. l. ait prætor. §. permittitur.
ff. de arb. l. si feriatus.
Contrà, C. de ap. l. quoniam iudices.
Contrà, ff. pro tuto. l. 1. §. si curator.
Contrà, ff. de don. inter uir. & ux. l. si tantum. §. si uxor.

Coactione quis excusatur.

ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur.
ff. quod fal. tut. aut. l. nouissimus.

Post dignam pœnitentiam potest quis accusari, & deponi.

De admisso eiusdem hominis non esse sæpe conueniendum, uel quærendum.

ff. naut. caup. l. licet. §. ult.
ff. de nox. l. in delict. §. si noxa.
ff. ui bon. rapt. l. seruus.
ff. de euict. l. quod dicitur.

ff. de popul. ac. l. 3.
ff. de sepulc. uiol. l. sepul.
C. 13. quæ. 4. c. pe. & d. 31. c. præ.

Sæpe quærendum.

ff. de nox. l. si ex duobus.
In Aut. de scient. e. §. si uerò crimen.
ff. de calum. l. si quis.

De admisso, &c. & contrà.] Solutio. Contra eundem non sæpe quæritur, sed contra alium: ut in contraria Rubr. uel melius: ibi non agebatur contra scientem ex eodem delicto, quo prius est actũ, sed ex alio, id est, propter scientiam suam. & ita nõ est cõtrà.

ADIECTIO.

Vel melius: locũ habet hæc regula, cum aduersus eundem agitur duabus ciuilibus, uel criminalibus: non si una ciuili, & alia criminali.

DE FVRTIS, DAMNIS, ET MALAE FIDEI possessoribus.

RVBRICA LXXXVII.

Habet furti actionem, qui nunquam habuit possessionem.

ff. de usufr. l. arbori. §. ult.
ff. de usuc. l. homo, cuius.
ff. de fur. l. eum qui fur. §. ult.
ff. de solut. l. quòd si quis c. §. 1.

Contrà.

ff. de distra. pig. l. 1.

ff. de

ff.de præſ.uerb.l.ſi rem gratuitam.
ff.ſi quis teſt.lib.eſſe.l.1.§.ſcientia.
ff.de crim.expil.hære.l.2.

Habet furt.&c.& contrà.] Illud certum eſt, gratia poſſeſsionis, quam quis bona, non mala fide detinet, dari furti actionem. ut ff. de furt.l.itaq;.§. ſed furti. Sed & præterea gratia domini. ut ff.de fur.l.ſi uendidero.§.cùm autem. Item datur quandoq;, quia intereſt, etſi nõ ſim dominus, uel poſſeſſor. ſic enim datur fulloni, ſarcinatori, cõmodatario. ut in Inſtit. de oblig.quæ ex delicto naſc.§. furti. His ergo R. nõ reputo contrà. ſi enim dicatur mixta, quia habet furti actionem, qui nunquam ha.poſs. concedo: ſi tamen ratione dominij, uel quaſi, uel intereſſe poſsit dici competere. Nec obloquitur, quod legitur, l. ſi quis teſtam. lib. eſſe. quia non dominus rerum ſingularũ, ſed uniuerſitatis intelligitur.

Ex precio rei, furtum maius uel minus deprehenditur.

ff.de incen.l. melius.§.1.
ff.de abig.l.1.§.abige.

Malæ fidei poſſeſſor de fructibus furtum facit.

ff.ad l.Aquil.l.ſi ſeruus.§.ſi oliuam.
ff.de uſur.l.qui ſcit.in prin.& l.uideamus.
ff.de act.& ob.l.qui ſeruum.§.ſi is cui.
ff.quod ui aut clàm.l.ſi alius.§.non tamen.
ff.de furt.l.ſi is qui rem.§.fur.l.inficiatione.§.ſi colo.& §.ſti & l.fullo.§.frugibus.& l.uerum qui ius.
ff.de rei uen.l.ſi in aliena.
ff.de uſuf.l.arbo.§.ult.

Non facit.

ff.de crim.expi.hær.l.2.

ff. de usucap. l. iussio. §. & si posse.
ff. de fur. l. si uas. §. qui ancillam.
ff. de usur. l. uideamus. §. genera.
ff. si quis test. lib. esse. l. 1. §. si eum.
ff. de act. & ob. l. malæ fid.
C. de infant. expos. l. 2.
ff. si certum pet. l. 4. §. 1.

Malæ fidei, &c. & contrà.] Qui mala fide cœpit rē possidere: circa hoc enim specto principiū. ut ff. de usur. l. qui scit. §. ult. etiam de fructibus tenetur furti: ut in hac Rub. continetur. licet enim possessionis nō fiat furtum, attamen partis eius, uelut cretæ, uel fructuū, fieri potest. ut ff. de furt. l. si cretæ. Si uerò bonā habuit fidem, à principio nō tenetur furti, quasi bona fide uideatur contractare, inspecto principio: sicut ff. de usuc. l. iusta. §. & si possessionis. Et ita possunt determinari arg. contrariæ Rub.

Non interest, an ab initio, an ex pòst facto ma. fi. poß. cœpit, uel dolum commiserit.

ff. de pact. iur. §. siue.
ff. de pact. hær. l. sed & si. §. adeò.
ff. deposit. l. si inficiatus.
ff. de tribu. l. illud.
ff. de rei uend. l. iul. §. si in area.

Non id demum quod surripitur uel corrūpitur, sed omne damnum debet duplicari, uel quadruplicari.

ff. quod met. caus. l. qui except. §. quadru.
Contrà, ff. de seru. corrup. l. in hoc iudicio.
ff. ui bon. rapt. l. 2. §. in hac.
ff. de tut. & rat. distra. l. 1. §. considerandum.

Qui

Qui occasionem damni dat, damnum dedisse uidetur.

ff. ad l. Aquil. l. qui hoc. §. in hoc. et l. item Mela. §. si alius.
ff. de pig. act. l. ult.
ff. de aq. plu. arc. l. 1. §. pen.
ff. de fur. l. qui seruo. §. plu.
ff. de sica. l. nihil interest.
ff. loca. l. uideamus. cum suis concord.
ff. com. diui. l. si is.
ff. loca. l. si mercem. §. culpæ.
ff. de his qui not. infam. l. ob hoc. ibi est glossula, & cum multis concord.

Non dat damnum.

ff. ad l. Aquil. l. quemad. §. si ma. & §. item Labeo.
ff. de seru. corrup. l. dolo. l. Neratius. §. hic.
ff. de pig. act. l. quæ rationa.
ff. de bon. lib. l. qui cum ma. §. idem.
ff. de serui. l. uerum est. §. doli.
ff. de dam. infect. l. flum. §. ult.
ff. de iurisd. om. iud. l. prætor.
ff. ui bon. rapt. l. antepen.
ff. quod quisq; iur. l. ne postea.
C. de assesso. l. nemo.

Qui occasionem, &c. & contrà.] Hæc Rub. s̄. expo sita est, & soluta.

ADIECTIO.

Est occasio licita. ut si dicam mulieri: Nisi mihi in stupro assenseris, te interficiam. quo casu, etsi non assentit, non tenetur. uel dicas, q̄ est causa contingēs. l. prox. ut est. remota, ut illa serui corrupti. Causa.

Damnum quod quis ex sua culpa fecerit, sibi imputet.

ff. si quis caut. l. 2. §. ultimo.

ff. de

ff. de procur. l. qui propria. §. ult.
ff. de fideiuß. l. ult.

Non dat damnum.

C. de usufr. inter. l. ex liber.
ff. de cond. indeb. l. inde.
ff. ad l. Aquil. l. huic.
ff. de euict. l. euicta. §. 2.
ff. de furt. l. inter omnes.
ff. de act. & ob. l. quicunq;.
ff. de stip. seruor. l. ult.
ff. de arb. fur. cæs. l. ult.
ff. de iniur. l. sed etsi unus. §. 2.

Qui damnum in re aliena dedit, etiã postquam usu ceperit, tenetur.

ff. quod met. caus. l. 3.
C. de pet. hær. l. hæredi.
C. de usufr. l. corruptionem.
ff. si cert. pet. l. proinde.
ff. de manu. l. 3.
ff. de tutel. & rat. distra. l. 1.
ff. mand. l. 2.

Qui damnum dat, &c. & cõtrà.] Hæc est quæstio Sabatina, & pronunciatur secũdum hanc Rub. com petere. l. à act. ut aliàs tractauimus eã. Lex aũt, quod met. caus. sui uel me. & de pet. hær. l. hæredita. & de usufru. l. corruptionem. signatæ in contra Rubr. non sunt cõtrà, imo ad id tendunt, ut etiam elapso triennio teneatur. l. a. quia cum sit personalis, tam breui spacio tolli nõ potest: ut nec dicam esse in pendenti. licet ar. signata sint in contraria Rubr. de his quæ sunt in pendenti: sed nihil ad rhombum.

DE

DE NECESSITATE, ET PAVPERTATE.

RVBRICA LXXXVIII.

Quædam propter paupertatem fiunt, quæ aliàs fieri prohibentur.

C. de bon. lib. l. 1.
C. man. l. si pro ed.
C. de pa. qui fil. distra. l. ult.
C. de cond. ex lege. l. 1.
C. de iur. iu. l. adhuc.
C. de iur. dot. l. mutus.
C. de rei ux. act. l. rem in præsenti. §. cum autem.
ff. de coll. l. 1. §. sicut.
ff. pro soc. l. uerùm. §. id.
ff. man. l. si pro. §. si igno.

Quando necessitas uel paupertas non habet legem.

In Instit. de excus. tut. §. si propter.
C. de pat. qui fil. dis. l. 2.
C. de oper. lib. l. 1.
C. de mo. mulc. l. ultima.
ff. de distrac. pig. l. quasi.
ff. man. l. si procura. §. si igno.
ff. de off. procons. l. aliquando.
C. de fideicom. hær. l. cum si idem.
ff. de pet. hær. l. diuus.
ff. de neg. gest. l sin autem.
ff. famil. herciſc. l. alienationes.
ff. ad exhib. l. si pro. §. si mag. & §. si igitur.
ff. de oper. lib. l. 2. §. quod ubi.
ff. de eo qui sub tut. l. 3.
ff. de custod. reor. l. 2. §. paupertas.

Quædam

Quædam fiũt propter pauper.&c.
Quædam necesſitas,&c. } Hæ ſunt notæ.

Neceßitas excuſatur.

C.de fundo dot.l.ult.
C.de prec.mi.l.inter.
C.de adult.l.Gracchus.
C.de calum.l.2.
C.de his qui ſibi adſcrib.l.ult.
ff.de inoff.teſt.l.aduerſus.
ff.qui ſatiſd.cog.l.fide. §.ult.
ff.de his qui not.infam.l.liber.§.ult.
ff.ad l.Aquil.l.ſi quæ fue.§.1.
ff.locat.l.habit.§.1.
ff.de euiction.l.ſi dicit.§.ult.
ff.de aqua plu.arc.l.1.§.de ea.
ff.ad leg.Falc.l.Titius.
ff.quib.ut indig.l.in frau.l.tutor.

Contrà.

C.ſi tu.non geßit.l.1.
ff.de dam.infec.l.hoc amplius §.2.& 3.
ff.de ac.l.ſeruus.

Neceſsitas, &c. & contrà.] Verum eſt propter neceſsitatem quem mereri excuſationẽ: ut in hac Rub. Nec obſtat, quod legitur in contraria Rubr. in C. ſi tu non geſs.l.1.quia ibi excuſatur ab eo, quod facere non potuit, id eſt, ab accuſatione (ponitur enim ibi actio pro accuſatione:) non tamen excuſatur à ſimplici poſtulatione.potuit & ſine accuſatione poſtulare aliũ adiungi,uel eum remoueri.ut ff.de ſuſp. tut.l.tutor.§.præterea.& l.ſi tutor. Quod autem dicitur in C.de excuſ.l.humanitatis. reſpon. ibi non imponitur neceſsitas. Quod autẽ legitur in ff. de dam. infec.l.hoc amplius. magis conſonat, quàm diſcordet. Quod aũt dicitur,ff.de accuſat.l.ſeruos. expone

ut

ut Ioan. ibidē denotauit. Necessitas si uult eam pœnam subire legitimam, imò si uult accusare pupillū: uel necessitas non precisa, sed accusandi solennitas, id est, cum inscriptione. Ioan. denotauit ibi hoc modo. ergo antè ponitur secundum Mar. ut in Auth. C. de lit. contest. Auth. offeratur. & in Auth. ut differentes iudices. §. si uerò contigerit. Sed hæc ultima pro nobis est. quia alius ei adiungitur, nō recusatur. Prima loquitur in delegato. ut ff. de liber. caus. l. si pariter. sed illa non loquitur de reo, sed in actore: quod non diffitetur. Vel ibi propter causæ cognitionem exigitur. Nec potest dici, quòd in delegato loquat: quia non cognoscit de liber. caus. qui delegatur. ut C. de pedan. iud. l. placuit. nisi diceres, in delegato à principe. B. uerò nec antè, nec pòst dicit posse recusari. Pro eo facit, C. de pedan. iudic. l. ult. & C. ubi quis decur. l. ult. & §. ult. & ut C. si quacunq; præd. pot. l. 1. §. illo. & C. quan. imp. inter pup. si enim quibuslibet posset recusare, non cōcederetur ut priuilegium. ut ff. ad munic. p. l. 1. & ff. de leg. 1. l. si quando.

COMMVNIA DELICTORVM ET POENARVM, ATque damnorum, tam furti, quàm alio modo datorum, & uiolentiarum.

RVBRICA. LXXXIX.

Sufficit semel deliquisse.

ff. de pecul. l. semel.
ff. depos. l. 1. §. si rem.
ff. de redhib. l. qui scit. §. si ita. in prin.

ff. de

ff. de furtis. l. qui ea mente.

Bis delinquentem, consuetudinem peccandi habere.

C. ad leg. Iul. de ui publ. l. seruos.
C. de Episc. aud. l. 3. §. si plures.
ff. de abige. l. ult. §. qui ue.
ff. de pœnis. cap. l. capital. §. solent.

Sufficit semel, &c.
Bis delinquentem, &c. } Hæ sunt notæ.

Hoc facit delicti enormitas.

Vt in Decret. 25. q. 2. ita nos.

Aliquando trinus actus.

ff. de uerb. sign. l. inde Nerat.

Particeps eiusdem criminis potest socium accusare.

ff. de suspec. tut. l. tutor. in princ.
ff. de manum. test. l. ult.
ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. si seruus.

Contrà.

C. de liber. cauſ. l. si filium.
C. de testib. l. quoniam.
C. de accusat. l. ult.

SOLVTIO.

Distingue. Aut primò de alio fuit cõfessus, quàm de se: quo casu primæ leges loquuntur. Aut primò de se: quo casu hæ leges loquuntur. Vel non ei creditur ut apprehendatur, & quæstioni subdatur.

Particeps, &c.] Vt in contraria Rubr. dicitur, socius socium accusare non potest. Nec obstat, quod dicitur in ff. de suspec. tut. l. tutor. in princ. quia ibi non erant socij in crimine, sed in tutela, & maleficijs.

In

In maleficijs uoluntas ſpectatur, non exitus.

ff. de ſicar. l. diuus.
ff. de furt. l. qui iniur.
C. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1.

Delinquenti ignoſcitur, ſi ſocios delicti demonſtret.

C. ad leg. Iul. maieſt. l. 5.
ff. de re milit. l. non omnes. §. ult.

Imò ad hoc debent torqueri.

C. de ferijs. l. prouinciarum.

Plus eſt perſuadere, quàm aliquem ad delinquendum cogere.

ff. de ſeruo corrupto. l. 1. §. perſuadere.

Plus delinquit qui alium facit, quàm ſi ipſe delinquat in ſe, uel per ſe.

In Auth. ut iud. ſine quoquo ſuffr. §. eos.
ff. de his, qui not. infam. l. ad le. §. Pomponius. l. penul.

In maleficijs, &c.
Delinquenti ignoſc. &c. } Hæ notæ ſunt.
Plus delinquit qui, &c.

Maleficia eſſe impunita.

ff. de dolo. l. ſi præſes.
ff. de nox. l. electio. §. 4.
ff. quod met. cauſ. l. ſicut in fin.
ff. ſi menſ. fálſ. mod. dixer. l. 4.
ff. ad leg. Iul. l. item Mela. §. iure com.

Contrà.

ff. de eo per quem fact. eſt. l. 1. §. æquiſſimum.
ff. ad leg. Aquil. l. ita uulneratus.

Maleficia eſſe impunita, &c. & cõtrà.] Omne delictum eſt puniendum, ut in contraria R. dicitur, per

plures leges. pluribus enim committentibus maleficium, licet uno soluente alij liberentur à pœna pecuniaria: non tamen criminali. Vel non ideo est impunitum: quia actor, quem uelit, ad pœnam conuenire potest.

Fur dando rem furtiuam, dominium transfert.

ff. si cert. pet. l. nam etsi fur. §. 1.
ff. de sol. l. Quinto so.

Contrà.

ff. si cert. pet. l. nam etsi fur.

Fur dando, &c.] Sola datione nunquam transfertur dominium, sed consumptio reconciliat. ut ff. si cert. pet. l. nam etsi fur.

Conditio furtiua est perpetua.

ff. de cond. fur. l. si pro su. §. ult.

Contrà.

ff. rerum amot. l. si mulier. § ult.

Impunè uim fieri.

ff. locati. l. quæro. §. inter locatorem.
ff. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. 2.
ff. de itinere actuq; priuat. l. ueteres.
ff. de his, quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. si.
ff. de acquir. rer. dom. l. quamuis.
ff. de aqua quotid. & æstiu. l. 1. §. illud.

Contrà.

C. unde ui. l. si de possessione. & l. inuasor. & l. si quis in tantam.

Impunè, &c. & contrà.] Impunè facit uiolentiam in casibus, quos s̄. notauimus in illa Rub. In quibus casibus ius sibi dicere quis potest, aliàs non: ut in contraria Rubr.

Damnum

Damnum præsens debet præstari.

ff.ad leg. Aquil.l.si quæ proinde.l.inde Nerat.§.idem.
ff.locati.l.si quis fund.
ff.de his qui deiec.l.ult.
ff.de eo quod certo loco.l.arbi.§.ult.

Contrà.

ff.si quis caut.l.quod antè.§.ult.
ff.de eden.l.ubi exig.§.si autem.
ff.de act.empt.l.si sterilis.§.3.
ff.de seruo corrup.l.ult.
ff.de peri.& com. rei uend.l.ult.
ff.de priuat.delict.l.2.in princ.

Damnū,&c.& contrà.] Quando præsens uel præteritum tempus debeat attendi in damno,uel interesse petendo,dic ut s̄.de temp.consider. ad determinationem contrariæ Rub.

Inciuiliter factum pœnam non meretur.

C.de pigno.l.cred.
C.de Episc.& cler.l.affi.
ff.de ferijs.l.2.§.1.
ff.quando appellandum sit.l.1.§.biduum.
ff.de arbit.l.sicut.
ff.de re iudic.l.duo tempora.
ff.de relig.l.si quis.§.fundum.
ff.de sepulch.uiol.l.prætor.§.non proprie.
ff.de decur.l.non tamen.§.1.
ff.commun diuid.l.Sabinus.

Inciuiliter, &c.] Hic notantur casualia quædam; aliàs enim obtinet regula generalis.ut C.ad leg.Iul.maiest.l.Gracchus.& C.de legib.& const.l.non dubium.

Furtum quis facit, non tamen furti tenetur.

In Inst. de oblig. quæ ex del. §. 2. & §. hi autem.
ff. de furt. l. si quis uxori. in prin. & l. serui & filij.

Contrà.

In Inst. de oblig. quæ ex del. §. unde illud.
ff. de furt. l. qui pig. §. quam.

Furtum, &c. & contrà.] Contingit quandoq;, ut fiat furtum, & res fuit furtiua, non tamen agitur furti. ut ff. de furtis. l. serui & filij. & in Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. hi autẽ. Item quandoq; actio furti datur, non tamen fit furtum uel res furtiua: ut cũ debitor surripit creditori. ut ff. de usucap. l. sequitur. §. si rem.

Etiamsi causa contumeliæ sit facta iniuria, non tamen agitur iniuriarum.

ff. de iniurijs. l. iniur. §. siquidem.

Contrà.

ff. de iniur. l. item. §. generaliter.

Etiamsi, &c.] Si quid in cõtumeliã meam, hoc est, ut diminuatur honor meus, fiat, agitur iniuriarum: ut in contraria Rub. aliàs contrà: ut in hac Rub.

Si quis existat ingratus, non reuocatur donatio.

ff. de iure dot. l. cum pos. §. patro.

Contrà.

C. de reuoc. donat. l. ult.

Si quis existat ingratus, &c.] Nescio quid hîc innuere uelit.

DE

DE IVDICIIS, ET QVAE CIRCA EA VERTVNtur: atq; iuris effectu.

RVBRICA XC.

Repetita die fieri condemnationem.

C. de dol. l. ult.
C. qui admit. ad bon. poſſeſ. poſſ. l. 2.
ff. de oper. nou. nunc. l. de pupillo. §. ſi quis.
ff. ad exhib. l. Iulianus. §. qui autem.
ff. de his qui not. infam. l. gener.
ff. de inoff. teſt. l iud. §. ſicut filius.
ff. de iuris & fact. ignor. l. 1. §. præterea.
ff. de tranſact. l. 1. §. ſi quis.
ff. de maio. l. ſed etſi. §. ſi feriæ.
ff. de ui & ui arm. l. ſi plures. §. dare.

Dilationem iudicij, uel reſtitutionem, ſine damno temporalis actionis fieri.

In Auth. ut cum de appel. cog. §. memi.
C. de temp. in integ. reſt. l. petend.
C. qui bon. ced. poß. l. ult.
C. de iure delib. l. ſcimus. §. donec.
ff. de noxal. l. 2.
ff. de minor. l. ult.
ff. de offic. præſ. l. ſenatus.
ff. de iudic. l. 2. §. pen.
ff. ad Velleia. l. debitrix. §. ult.
ff. de oper. nou. nunc. l. de pupillo. §. ſi quis.
ff. qui bon. ced. poß. l. ult. in fin.
ff. de itin. actuq; priuat. l. 1. §. præterea.

Si eius sit manifesta calumnia, non est danda dilatio.

C. qui accus. non pos. l. 2.
ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem.
Contrà, in Auth. ut cum de app. cogn.

Absentiam patroni uel aduocati, iustam esse causam dilationis iudicij.

ff. de min. 25. ann. l. ait prætor.
C. de iudic. l. properandum. §. illo.

Ad iudicium suscipiendum, certum diem statui.

C. de usufruc. leg. l. 2.

Ad agendum, certum diem statui.

ff. de petit. hæred. l. si quis liber.

De iudicio sortis.

Inst. de legatis. §. optionis.
C. comm. de leg. l. si duobus.
C. de iud. l. si ambo.
ff. fam. herciſc. l. si quæ sunt. §. 1.
ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis alij.

Consul, deposito officio, litem coram se cœptam potest terminare.

ff. de iurisd. om. iud. l. pen.
ff. de iud. l. ubi.
In Auth. ut nulli iud. §. hæc.
ff. de iudic. l. uenditor. §. iudices.

Repetita, &c. } Hic uidetur cõtrà, quod dicitur,
Dilationem, &c. } in incerto ad præsidem recurren-
De iudicio, &c. } dum. ut C. de nupt. l. 1. & de amit.
Consul, &c. } tut. l. 3. §. ult.

Hæ

Hæ omnes sunt notæ: & de prima etiã s. diximus.

Iudex suspectus rectè recusatur.

C. de iudic. l. cum specialiter.

Contrà.

In Auth. ut differ. iud. §. 1. in fin.

Iudex, &c. & contrà.] Si suspectus fuerit iudex delegatus, recusatur, ut hic: si autem sit ordinarius, contrà: ut in cõtraria Rub. & ut notaui in C. de iurisdict. omn. iud. l. nemo post.

Ante litem contestatam examinationem testiũ fieri, & sententiam proferri.

In Auth. de testib. §. penul.
C. de iud. l. properandum. §. si man.
C. ubi quis curial. l. ult.
C. quomodo & quan. iud. Auth. qui semel.
C. de liber. caus. l si is.
C. de iurisd. om. iud. l. quæ quis proprium.

Ante litem, &c.] Hæc est nota.

Aequalitatem in iudicijs & arbitrijs debere seruari.

ff. de arbit. l. non distinguemus. §. item si quis.
ff. de arbit. l. sicut. §. sed etsi.

Ius interpretatur gestum, quod non est gestum.

C. de inst. & substit. l. si mater.
C. de neces. hæred. l. quidam.
ff. de adopt. l. his uerbis.
ff. de leg. 1. l. turpia. §. si Titiæ.
ff. de appel. l. cum quidam.
ff. quod ui aut clàm. l. 1. §. qui si.

Non interpretatur gestum.

Inst. de act. §. rursus.
C. de postlim. reuers. l. ab hostibus.
ff. de noxalib. l. in noxa.
ff. de usucap. l. rerum mixtura.
ff. de minor. l. 1. §. 1. & l. sed etsi. §. quoties.

De iure communi est, ut æstimetur factum id demum, quod est factum, ut in contraria Rub. quãdoque tamen id fallit: id est, in his, in quibus aptatur fictio iuris: ut in hac Rub. & §. in illa Rub. Videtur esse quod non est.

Iura mihi competitura, non transire ad hæredes.

C. de reuoc. donat. l. 1. & ult.
ff. de priuil. cred. l. 4. & ult.

Admisso iure singulari, non admittitur ius commune: & econuersò.

C. de adult. l. uirum.
In Insti. de succes. ed. §. cog.
ff. de testam. milit. l. si miles.

Ius interpretari, est idem quod est aliud: & est aliud, quod est idem.

In Inst. de rer. diuis. §. cum ex. & §. Titius.
In Institit. de iust. & iure. §. ei uerò.
C. de natur. lib. l. si quis ser.
ff. de iudic. l. proponebatur.
ff. de seruit. urb. præd. l. cum quis.
ff. de liber. & posthum. l. in suis.

Esse aliud, quod est idem.

In Inst de rer. diuis. § si Titius.
ff. quib. mod ususfr. amit. l. repeti. §. si areæ.
ff. ad Trebell. l. ex facto. §. ex.

ff. de

ff.de alim.præstan.l.si seruus.
ff.de acquir.rer.dom.l.sed & si extraneæ.§.ar.
ff.de solution.l.qui res.§.aream.

In his iudicijs uenit dolus præteritus.

ff.de petit.hær.l.nec ullam.§.sed etsi.
ff.ad exhib.l.si quis hominem.
ff.depositi.l.1.
ff.de iur.iur.l.qui dolo.
ff.de rei uend.l.si mater.§.sed & is.

Quod permittitur agere, demonstrari debet: non enim permittitur uagari.

ff.de rei uend.l.si in rem.
ff.si cert.pet.l.certum.
ff.de inter.act.l.qui seruum.§.iure.
ff.depositi.l.1.§.argentum.
ff.de furt.l.act.furt.

Iura mihi,&c.
Admisso,&c.
Ius inter.&c.
In his,&c.
Quod permittitur,&c.
Qui legem,&c.
} Hæ omnes sunt notæ.

Qui legem offendit, eius non utatur præsidio.

ff.de solut.l.etiam.
C.de Episc.aut.l.nemo.
C.de incest.nupt.qui contrà.
ff.de minor.l.auxilium.in fi.l.

SOLVTIO.

Distingue, an ius singulare contrarium sit iuri com-

communi. quo in casu, uno electo, constat alterum repudiari. ut ff. de mino. l. filius.

Nota, quædam fieri in figura iudicij.

C. de Latin. libert. toll. §. similiq;.

Probationes uel confessiones in iudicio, in alio prosunt, uel obsunt.

ff. de liber. caus. l. iubemus.
ff. de iureiur. l. si duo.
ff. de arbit. l. non distinguemus. §. si is.
ff. de Carb. edict. l. Carbo. §. ibidem.

Contrà.

ff. de iureiur. l. nam. §. ult. sed si post.

SOLVTIO.

Prosunt quædam, quo ad præsumptionem, non autem ad præiudicium.

Rem peto, & rem habeo.

In Inst. de legat. §. si cui.
ff. de uerb. oblig. l. Iul.
ff. de solut. l. etiam.
ff. de leg. 1. l. non quacunq;.

Rem peto, &c.] Circa hoc ita distingue. Cum rem indebitam quis soluit, & ego propter id quod fecit debitor ante solutionem, damno afficior, si quidem res mihi auferatur: ut quia alij obligauerat, uel in emphyteosin constituerat, uel similia fecerat: rem eandem postea ex eadem stipulatione peto: quia nec soluisse uidetur, cum ita soluerit, ut apud me non remaneat. ut ff. de solut. l. si rem. & l. qui res. primo respon. & l. si hominem, in quo. & l. cum quis. §. si hominem. & de act. empt. l emptorem. §. idem

Nerat.

Nerat. & ff. de leg. 1. l. non quocunque. Si autem res mihi non possit auferri, facto tamen suo in re facta est mea conditio deterior: si quidem debeat ex contractu bonæ fidei, agatur ex eo. ut ff. commodati. l. 3. §. si reddita. & ff. depos. l. 1. §. si res. Idem in his quæ paria sunt, in iudicijs bonæ fidei: id est, in leg. & fideicom. ut C in quibus caus. in integ. rest. non est necess. l. in minorum. Et probatur hæc distinctio, ff. de solut. l. qui decem. §. qui hominem. Sed si ex contractu stricti iuris fuerit primò debita, nec mihi soluta possit auferri: si quidem obijcio promissori, quòd non fecit id quod facere promisit: puta cautionem promissam, uel ascriptitium gratia fundi promissum non præstitit: ex stipulatione tenetur. ut ff. de solut. & de uerb. oblig. l. Iul. Si uerò promissor totum quicquid promisit, soluit, si in re soluta, antequam solueret, dolum adhibuit, uel culpam, ut pereat, penes se promissorem perpetuauit actionem. ut ff. de uerb. oblig. l. si seruum stipu. & l. si ex legati. Si uerò soluerit rem dolo suo deterioratam, uel uilioris precij factam, liberatur quidem uetere actione, sed tamen tenetur actione de dolo. ut ff. de dolo. l. eleganter. §. non solùm. & C. ad exhib. l. exhibitionis. Vel si uelit quis breuiter transire, dicat, semper agi posse prima actione, si facto suo debitor rem deteriorem, uel uilioris precij facit, & eandem soluit: tenetur enim prima actione, ut deteriorationis præstet æstimationem. Cæterùm ad alia damna, scilicèt rerum suarum distractarum, uel pœnarum commissarum, ideo, quia rem expeditam & liberam, & non deteriorem habuit, agetur actione de dolo. ut ff. de dolo. l. cum quis. & l. eleganter. §. non solùm. Nec obstat, quod dicitur, C. ad exhib. l. exhibitionis. quia ibi non erat obligatus dare, sed exhibere, sic ut habeat experiundi copiam.

copiam. ut ff. ad exhib. l. 2. primo respon. Si ergo exhibet, licet deteriorem: tamen quia iam facta est experiundi potestas per exhibitionem, non tenetur actione ad exhibendum, sed in factum actione subsidiaria. Quæ actio in factum, non habet locum in re promissa: quia tempore deteriorationis, stipulator nullum ius in ea habebat. Alij dicunt, promissorem teneri prima actione, si post moram rem suam fecit deteriorem, uel interemit. Si autem tenetur de dolo, ut ff. de triticar. act. l. pen. sed ibi ab alio erat eluscatus. Si uerò ipse interemit, etiam ante moram tenetur prima actione. ut ff. de uerborum obligation. l. si ex lega. & l. si seruum. primo respons.

ADIECTIO.

Hoc ita, si quid iuris desit: ut per leges subiectas apparet, s. de æqual. fac. Rubrica, quod factum est. Nunquid ergo res ipsa tota repetitur? arg. quòd sic. ut ff. de solut. l. si stipulat. sum. §. 1. Agetur ergo propter rationem, sicut ageretur re non tradita. & hoc ideo: quia denotatio iuris in actione uenit. secus, si iudicis officio. ut C. deposit. l. 3. & ff. de eo qd' cert. loco. l. antepen. nisi fortè in continenti supplere. ut ff. de re iud. l. Paulus. Rub. & ff. de rei uendic. l. ex diuerso. §. ubi. Vel melius. Si in re ipsa quæ soluta est, aliquid desit, res tota petitur. Si uerò in re soluta nihil desit, sed pars debiti tantum, pro parte tollitur obligatio: ut ibi. & ut notaui, ff. de leg. 2. l. Mæuius. §. pen. diximus ibi: quia fundus legatus cõtinet omne emolumentum, etiam usumfructum. ut ff. de usufr. l. si Titio. & l. si alij non fundum. Sed in casu sequenti petit ipsum fundum. & est ratio: quia pro parte contingit liberatio, in primo casu: ut in proprietate. in secundo non: ut ff. de solut. l. si stipulatus.

tus. §. idem. & ut dixi, ff. commod. l. 2. §. si reddita. Et hæc omnia, quasi superflua.

Vendico dominium quod habeo.

C. ubi in rem actio. l. 1.
C. de rei uend. l. cum à matre.

QVALITER PERSONAE ADESSE DEBEANT, plus minus ue intelligatur.

RVBRICA XCI.

Maioris partis consensus exigitur.

C. qui bon. ced. poss. l. ult.
C. de decur. l. nominatorum.
ff. de pact. l. maiorem. in fin.
ff. de arbit. l. diem. §. 3.
ff. depos. l. si plures.
ff. mand. l. si præce. §. 1.
ff. de curat bon. dan. l. 2.
ff. de tutel. l. ubi.
ff. de re iud. l. duo ex. & l. sicuti.
ff. de admin. tut. l. si plures. §. ult. & l. 3.
ff. ad munic. l. qui ex. qui man.
ff. quemad. test. aper. l. sed ma.
ff. de re iud. l. aliud. §. 1. & l. alterum. §. 1.
In Decret. dist. 8. quæ contra mores.

Contrà,

Contrà, ff. de seruit. rust. præd. l. per fundum.
Contrà, C. de ser. com. manu. l. 1.

Imò omnium: quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.

C. de aut. tut. l. ult.
C. de seruit. rust. præd. l. ult.
ff. de eden. §. 1.
ff. de in diem adiect. l. qui autem. §. ult.
ff. de re iud. l. duo.
In Decret. 7. q. 1. licet.

Maioris, &c.] Maioris partis consensus refertur ad uniuersos: ut in hac Rubr. & de re iud. l. aliud. §. re. Nec obstat, quod dicitur in C. de aut. tut. l. ult. quia eandem regulam tenet, nisi in casu, id est, quando soluitur tutela. Vel tenet regula circa uniuersitates, collegia, seu corpora, non circa res communes duobus uel tribus. In illis enim obtinet regula Sabini. ut ff. comm. diuid. l. Sabinus. & ff. de seruit. rust. præd. l. per fundum. Et ita etiam soluitur, quod dicitur ff. de in diem adiect. l. quod autem. §. ult. Communes dico, si plurium sit proprietas: aliud, si debeatur pluribus. ut ff. de pact. l. maiorem. quasi singuli non uideantur tantum habere, quantum si portio, etiam minima, esset singulorum. Quod autem dicitur in ff. de re iud. l. duo. ideo statuitur: quia possibile est, quòd absens trahat præsentes in æquiorem sententiam. ut ff. de re iudic. l. sicuti. Si autem sint omnes præsentes, obtinet regula, ut ibi dicitur.

Maior

Maior pars non pro personarum numero, sed pro cumulo debiti debet computari.

C. qui bon. ced. poss. l. ultim.
C. de pact. l. maiorem.
ff. depos. l. si plures.
ff. de testib. l. ob carmen.
ff. de fid. instrum. l. ult.

Maior pars non, &c.] Hæc est nota.

Minus offerendo confert meliorem conditionem.

ff. de in diem adiect. l. quicquid.

Contrà.

ff. de in diem adiect. l. licet.

Minus offerendo, &c.] Hoc, si alia interueniat, quibus fiat melior conditio. alioquin contrà: ut in contraria Rubrica, & ead. l.

Non numerus, sed fama consideratur.

C. de cond. indeb. l. si quis seruum.

Per minorem uel æqualem causam alteri non fit præiudicium.

C. de iure emphy. l. 1.
ff. de iud. l. per minor.
ff. locat. l. habita.
ff. de contr. empt. l. resp. do. domum.
ff. de in diem adiect. l. quòd si nolit.

Contrà.

ff. de usufr. l. si cui insulæ.

De

De duobus malis, minus est eligendum.

In Auth. de non eligen. seruo minor. §. cum igitur.
ff. de per. & com. rei uend. l. 3. §. pen.
In Decret. dis. 2. priuilegium.
In Decret. dis. 4. deniq;.

De duobus, &c.] Hæc est nota.

Maius malum est minus bonum.

In Auth. ut cum de app. cog. §. cùm satis.
C. de Lat. lib. toll. l. 1.
ff. de peric. & com. rei uend. l. 1. §. ult.

Maius malum, &c.] Hæc est nota.

DE MODICA IMPENSA VEL CASTIGATIONE, & damno æquo animo ferendo.

RVBRICA XCII.

ff. de usufr. l. sed sicuti.
ff. de relig. l. ossa. §. 2.
ff. locati. l. item quæritur.
ff. ad leg. Aquil. l. sed & si. in fin.
ff. de iurisd. om. iud. l. mag.
ff. de impens. in reb. l. omnino.
In Auth. de nuptijs. §. ascriptitius.

COM-

COMMVNIA RESCRIPTORVM, ET BENEFICIORUM: & de actis imperialibus, personalibus.

RVBRICA XCIII.

Iniqua uel ambitiosa decreta non sunt alicuius momenti.

C. qui pro sua iurisd. l. in causarum.
C. de ferijs. l. à nullo.
C. de sent. & interloc. om. iud. l. 2.
C. de sent. & peric. recit. l. ult.
C. quom. & quan. iud. l. 4. 5. & 6.
ff. de transl. cum hi. §. si prætor.
ff. de ferijs. l. 1.
ff. de recept. l. si cui. §. si arbit.
ff. de testam. tut. l. iure ma.
ff. de tut. & curat. l. Seiæ.
ff. de reb. eor. qui sub tut. uel cur. l. si quis ex.
ff. de fideicom. lib. l. cum uero. §. senat.
ff. de sentent. quæ sine app. l. ult.
ff. de pœnis. l. capitalium. §. diuus.

Contrà.

ff. de statu homin. l. ingenui.
ff. de in ius uoc. l. adopt. §. si patronus.
ff. quod met. caus. l. ult. §. ult.
ff. de iure patron. l. si iurauero.
ff. ad Trebell. l. seruo. §. cùm prætor.
ff. de re iudic. l. præses.
ff. de interdict. & releg. l. ad tempus.
ff. de liber. exhib. l. 1. §. hoc.

ff.de bon.liber.l.si patronus.§.si quis eum.

Iniqua uel ambitiosa,&c.] Si decretū sit iniquū, id est, solennitate iuris destitutum,ipso iure est nullum.ut C. de sent.& interloc.l.prolatam. & de appel. l.nominationes. Idem,& si non sit impositum à quo debuit, uel in quem debuit, uel quando : ut in hac Rub.& notaui ff. in summa de iudicijs. Si autem omnia illa interuenerint,feratur tamen contra ius litigatoris,tenet.ut ff.quæ sent.sine appel. rescin.l.1.& in hac Rubrica.

Feudatarium per substitutum seruire.

C.de Episc.& cler.l.quisquis ad similitudinem.
C.de nat.lib.l.3.
ff.quod ui aut clàm.l.illud.
ff.famil.hercisc.l.4.
ff.de const.pec.l.qui autem.
ff.locati.l.si quis domum.
ff.de iureiur.l.non solùm.§.2.

Si alienatur propter paupertatem.

C de oper.lib.l.2.
C.de pat.qui fil.distrax.l.1.
C.de contrah.empt.l.ult.
C.mand.l.si pro ea.
ff.si cert.pet.l.ult.in fine.

Beneficia quàm plenissimè sunt interpretanda.

ff.de constit.pec.l.beneficia.
ff.de precar.l.pen.
ff.de sentent.pass.l.2.
Contrà,ff.de bonis lib.l.Paulus.§.patronus.
Contrà,ff.de cond.indeb.l.ult.§.ult.

Sed

Sed distingue, an alium lædant, uel non: si lædũt, an multum, uel parum.

Vt posſit conuenire, qui feudum dedit.

C. de donat. l. cùm res.
C. de pact. l. debitor.
C. de procur. l. si actor.
C. de rer. permu. l. rebus.
C. de contrah. empt. l. ult. §. ult.
ff. de leg. 3. l. fideiuſſ.
ff. de fideicom. lib. §. ult.
ff. de ſolut. l. inter artifices.

Feudatarium, &c. Si alienatur, &c. Vt poſsit, &c.] Hæ tres Rubr. ad idem tendunt, ut per alium implere poſsit feudatarius, quod ipſe debet. Videtur tamen eſſe contrà, quod in proxima Rub. dicitur, & ff. de ſtatu lib. l. Stichum. §. ult. Sed ibi loquitur in operis incertis, quæ ſunt eius naturæ, ut per alium nõ impleantur. Aliud autem in operis certis: illæ enim uelut pecunia petuntur, & per aliud ſoluuntur. ut ff. de oper. libert. l. à duobus. ut plenè notaui in diſtinctione operarum, & ut in ea l. de ſtatu lib. cõtinetur. Nec obſtat, quod dicitur in C. de ſolut. l. eum à quo. quia non aliud pro alio, ſed idem uidetur ſolui: niſi hoc actum eſt ſpecialiter, ut huius tantum ſoluãtur operæ. ut ff. de ſolut. l. inter artifices. & C. de cad. toll. §. ne autem.

Vt ipſemet iure ſeruire debeat.

ff. de ſtat. lib. l. Stichum. §. ult.
ff. de ſolut. l. eum à quo.
ff. de donat. l. creditor.

C. de solution. l. inter.
ff. de adopt. l. post mort. §. neq;.

Totum debet soluere feudatarius.

ff. si ex nox. caus. agatur. l. si cum uno.
ff. de seruit. rust. præd. l. fundum.
ff. de usufr. l. tutor. §. Lucius.
ff. famil. hercisc. l. hæredes. §. nulla.
ff. de adminis. tut. l. cum quere.
ff. de leg. 2. l. 6.
ff. de leg. 1. l. 8. §. si ita.
ff. de oper. no. nunc. l. stipulatio. §. quæsitum.
ff. de dam. infect. l. institui.
ff. de redhib. l. quòd si nolit. §. si plures. & §. idem ait.

Non uidetur soluere, qui totum non soluit.

ff. de eden. l. 1. §. deinde.
ff. de euict. l. rem hæredi.
ff. de uerb. oblig. l. 2. §. ult.
ff. ne quis in ius uoc. l. in ex. l. ult.
ff. si ex nox. caus. ag. l. si cùm uno.
ff. de arb. l. qualem. §. sed & sic.

Totum debet, &c. Non uidetur, &c.] Hoc, nisi in tribus casibus: id est, quando debitum totum liquidum non est, & in libertate, & quando aliud est actum. ut ff. si cert. pet. l. quidam. & de usur. l. tutor. §. Lucius. & de statu liber. l. cum hæres. §. ult.

Beneficia inconsulto principe tribuuntur, non autem auferuntur.

ff. de off. procons. l. solet. §. sicut.
C. ubi senator. uel clariss. l. ult.

Quòd

Quòd liceat imperatori, concedere facultatem testandi.

C. *de testam. l. siue.*
ff. *de offic. præs. l. Barbarius.*
Contrà, C. *unde ui. l. meminerunt.*
C. *de test. l. sine.*
C. *de transact. l. causas.*

Quòd liceat, &c.] Vt in hac Rub. dicitur, princeps potest concedere testandi facultatem. Leges autem signatæ in contraria Rub. non sunt contrariæ, imò idem probatur. ut ff. de offic. præsid. l. Barbarius. & C. de test. l. sine.

Imperator omnia potest donare.

ff. *de rei uend. l. item. §. 2. & l. si uerbum. §. 2. omnia donare potest mundi dominus.*
ff. *de euict. l. Lucius.*
C. *de rapt. uirg. l. 1.*
ff. *de euict. l. Lucius.*
ff. *ad leg. Rhod. de iact. l. Græca deprecatio.*
C. *de quadrien. præsc. l. bene.*
Contrà, C. *de offic. rect. prouinc. l. si quis co.*
Contrà, C. *locati. l. func. & l. ult.*
ff. *de offic. præs. l. Barbarius.*

Imperator, &c.] Hoc, si donat rem alienam, ut suam. ut C. de quadr. præsc. l. 2. & l. bene. Alioquin non potest, nisi ratione partis. ut C. de uend. rer. fisc. cum pri. ca. l. 1. si enim etsi non habeat partem, alienare posset, pro nihilo diceretibi ratione partis. Imò alienare, donare potest, & si nullam partem ibi habeat: si hoc tamen reip. expediat. arg. C. de sacros. Eccles. Auth. sed & permutare. Sicut rem ad alicuius instantiam. C. de loc. præ. ci. l. ult. Intelligas, si hoc publica utilitas exposcit.

Vt ff. de decur. l. decurio.
In Auth. de alien. aut permut. §. ubi autem.
In Aut. de appell. §. sin autem.
In Auth. de collat. §. ad hæc.
In Auth. ut omnes iudi.

Priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate.

C. de sacros. Eccles. l. iubemus.
C. de Episc. & cler. Auth. si generaliter.
C. de Iudæ. & cœlic. l. Iudæos.
ff. quod cum eo qui in alien. §. sed & si. §. 1.
ff. de in ius uoc. l. sed etsi. §. item.
ff. de pignor. act. l. eleganter. §. ult.
ff. locati. l. quæro. §. 2.
ff. de re iud. l. qui cum. l. sed hoc. §. 1.
ff. de fideiuss. l. si dubitetur.
ff. de re iud. l. si dolo.

Priuilegium, &c.] Hæc est nota.

Beneficium confertur in inuitum.

C. de lib. caus. l. principaliter.
ff. de solut. l. si debitor.
ff. de neg. gest. l. soluendo.
ff. de appell. l. addictos.
ff. de constit. pec. l. utrum.

Contrà.

ff. de donat. l. hoc iure.

Beneficium, &c.] Hoc ita determina, ut notaui, ff. de regul. iuris. l. in inuitum.

ADIECTIO.

Vt diximus s. de impedi. uel de beneficio speciali quod conceditur, intelligitur. Cæterùm cum quis liberetur communi soluentem ab obligatione, in inuitum

uitum conferri potest. uel confertur beneficium in inuitum, non directò, sed uolens ei aliquid donare, sed per obliquum: id est, aliqua persona mediante, puta soluendo creditori.

Prout quisque laborat, meretur.

C. de non num. pec. Auth. contrà qui.
C. de pœna iud. qui mal. iudic.
C. de sacros. Eccles. Auth. perpetua.
ff. de iurisd. omn. iud. l. eum qui.
In Decret. 6. q. 1. ex merito.
In Decr. 8. q. 1. ita datur.

Prout laborat, &c.] Hæc est nota.

DE VERBORVM POSITIONE, ET effectu.

RVBRICA XCIIII.

Verborum duplicatio non prodest.

ff. de aur. & arg. leg. l. pediculis. §. Labeo.
C. de sent. & interloc. l. ult.
ff. de pact. dot. l. cùm pater.
C. de agric. & cens. l. definimus.
ff. de uerb. oblig. l. eum qui. in princ. Iulian.
ff. pro soc. l. sed etsi ad.
ff. de pact. l. talem. §. penult.
ff. de reg. iur. l. non solent.

Contrà.

ff. de auro & arg. leg. l. si quis ita.
ff. de usuris. l. si stipulatus.
ff. de leg. 1. l. ea tamen.
ff. de uerb. oblig. l. inconue. §. ult. l. liber homo.

ff. de uerb. sign. l. hæc uerba.
ff. de hæredi. inst. l. interdum.

Verborum, &c.] Vt in ista Rub. dicitur: Verborũ duplicatio non prodest. Verborum, dico, idem significantium. si uerò plus significat unum uerbum quàm aliud, prodest. Et ita soluitur, quod dicitur in contraria Rubrica, ff. de usuris. l. si stipulatus. plus est enim stipulari rem dari, quàm stipulari uacuam tradi possessionem: utpote, cum prima stipulatio translationem dominij inducat, secunda nequaquam. ut ff. de uerb. oblig. l. in conuentionibus. §. ult. Item non obstat, quod dicitur ff. de auro & arg. leg. l. si quis ita. quia ibi disiunctiua coniunctio Seu, ponitur pro Et. & apertius ponitur, ff. de leg. 3. l. ea tamen. & de hæred. instit. l. interdum. in princip.

Verbum futuri temporis, trahitur ad præterita.

ff. de codicil. l. Glociana.
ff. de uerb. sign. l. uerbum erit.

Vt uerbum generaliter intelligatur, & ad omnia porrigatur.

C. quæ res pign. obl. l. ult.
ff. de uerb. sign. l. hæredes. & l. sciendum.
ff. de his quib. ut indig. l. pen. & ult.
In Decr. dist. 19. si Romanorum.
C. de leg. l. in amnibus.
ff. de seruit. rust. præd. l. si seruitus.
ff. de alim. leg. l. 1. & 3.
ff. de leg. 1. l. si cui.
ff. qui satisd. cog. l. 2. & 3.
ff. de aur. & arg. leg. l. etsi. §. 1.

ff. de

ff.de leg.præst.cont.l.1.
ff.de iure immunit.l.immun.

Verbum generale non id amplectitur, de quo non est cogitatum.

C.de transf.l.si de certa.
ff.de transf.l.qui con.§.1.& l.ult.
ff.de contrah.empt.l.Rutilia.
ff.de supell.leg.l.Labeo.

Vt uerbum generaliter,&c.] Verbum generaliter prolatum,ad omnia est referendum: ut in hac Rub. præterquam ad ea, de quibus non est cogitatum à partibus:uel de quibus non est uerisimile, eos cogitasse:ut in 2.& 3.Rub.

Omne,sed non per omnia esse.

ff.de reb.aut.iud.l.creditor.
ff.de pign.act.l.sicut.§.ult.

Hoc faciunt uerba præcedentia uel sequẽtia,quæ ea restringunt:ut §.de uerb.sign.Rub.adiuncta.

Vel uoluntatis interpretatio.

C.de instit.& subst.l.generaliter.

Verbum generale non ad omnia porrigitur.

C.ad Velleia.l.iubemus.
C.de bon.lib.l.ult.
C.quæ res pig.oblig.l.alumnæ.
ff.de pact.l.emptor.§.Lucius.& l.tale.
ff.de transac.l.cum Aquil.l.cùm hi.
ff.qui satisd.cog.l.2.& 3.
ff.de procur.l.mandato.
ff.de pecul.l.quippe.
ff.mand.l.creditor.§.ult.
ff.de contrah.empt.l.non manu.
ff.de pignor.l.obliga.
ff.de priuil.cred.l.bonis.

ff. quæ res pig. ob. poß. l. 1. §. 1.
ff. de leg. 1. l. in uxorem. §. 2. 3. & 5.
ff. de ſupell. leg. l. cùm quidam leg. §. ult.
ff. de inſtrum. leg. l. cum de plano.
ff. ad municip. l. Lucius. §. ult.
ff. de donat. l. filiusfam.
ff. de bon. auth. iud. poß. l. cùm. §. 1.
ff. de uerb. oblig. l. quæſitum. & l. ſtipulatio.
ff. de cond. indeb. l. qui certo.
ff. de pact. dotal. l. ſi conuenerit.

Generaliter dicta per ſubſequentia reſtringi, uel prima per ſubſequentia determinari.

ff. de ferijs. l. 1. in princ.
ff. de calum. l. hæc actio.
ff. de acquir. poß. l. ſi is qui.

Verba generalia continere perſonam loquentis.

ff. de pignor. l. Paulus. §. ult.
ff. de ædil. edict. l. quòd ſi nolit. §. ſi uerò.
ff. de tranſ. l. non eſt ferendum.
ff. de cond. & demonſ. l. qui habet. §. placuit.
In Decret. 12. q. 1. c. 2. in princ.

Colliguntur generalia ſingulorum, & non ſingula generum.

ff. de fideiuß. l. 1.
ff. de pecul. l. quam Tuberonis. §. in peculio.

Verbo generali ſequentia etiam comprehendi.

ff. de pignor. l. Paulus. in fin.
ff. de contrah. empt. l. cum ſeruo. §. 1.
ff. de ædil. edict. l. quòd ſi nolit. §. 1.
ff. de tranſac. l. non eſt ferendum.
In Decr. 12. q. 1. c. 2. in princ.

Contrà

Contrà.

C.unde liberi.l.2.
C.de ſolut.l.inquiſitio.
C.de repud. hæred.l.ult.
ff.de minor.l.in cauſæ.
ff.ad Trebel.l.cogi.§.ult.
C.quom.& quan.l.qui ſemel.
ff.de procur.l.non ſolùm.§.quæritur.
In Decr.diſt.56.cœno.
In Decret.diſ.36.c.3.
In Decret.diſt.77.c.qui con.

Verbo generali, &c.] Hæc Rub. malè uidetur eſſe poſita, ſecundum intellectum ſubiectarum legum. imò ita debuit poni: In generali ſermone cõtinetur perſona loquentis. ut ff.de pig.l.Paulus.§.ult. Sed illud eſt ideo: quia dominus ipſe uidet id dixiſſe, cum ſeruus eius uoluntatem fecit. Ita ergo continetur ſeruus loquens, ut cõtineretur ipſo domino loquente. Aliàs autem non continetur: ut in contraria Rub.

Simpliciter dicta, ſimpliciter intelligi.

ff.de alienat.iud.l.1.§.penult.
ff.ad Trebell.l. Marcellus.§.quidam.
In Decr.31.q.1.Deus.
ff.de ſeruit. l.ſi cui.

Simpliciter dicta, &c.] Hæc eſt nota.

Sermo pluralis ſiue coniunctiuè poſitus, pro ſingulari uel diſiuncto accipitur.

C.de cond.inſert.l.1.
ff.de cond.& demonſt.l.falſa.in fin.& l.tales.§.de illa.
ff.de cond.inſtr.l.2.
ff.de leg.3.l.qui concub.§.ſi Stichus.
ff.de manu.teſt.l.ſi ita fuerit.
ff.ſi quis caut.l.ſi ſeruus iudicio.

ff.de

ff. de annuis leg. l. Seio annua. in prin.

Contrà.

C. de natural. liberis.

C. de inst. & al. sub. l. 2. quiuis cum quidam.

Sermo pluralis, &c.] Hæc Rub. s. est in illa: Verbū plurale, &c.

Sub singulari plurale intelligitur.

C. de nat. lib. Auth. item si quis.

C. de fideicom. libert. l. penult.

ff. de test. tut. l. si quis ita. §. 1.

ff. de leg. 3. l. cum quidam ita.

ff. si quis cautionibus. l. si seruus. §. 1.

Sub singulari, &c.] Hæc est nota & omnes sequentes, usq; ad illam, Præiudicant, &c.

Sub plurali & singulare.

ff. de neg. gest. l. ait prætor. §. 2. sed &.

ff. de cond. & demon. l. pater. §. 1. l. fal. §. ult.

ff. de cond. insert. l. 1.

C. ad Trebell. l. iubemus.

ff. de uerb. signifi. l. non est sine li.

ff. ui bon. rap. l. 2. §. qui ait.

In Instit. ui bon. rapt. in prin.

ff. de donat. l. filius fam.

ff. de uerb. oblig. l. quæsitum. & l. stipulatio.

ff. de cond. & demon. l. qui certum.

ff. de pact. dotal. l. si conuenerit.

Verbum abnegatiuum semper aliquid ponere.

ff. de procur. l. non solùm. §. quæritur.

ff. de minor. l. in causæ.

C. quom. & quand. iud. Auth. qui semel.

C. de iure delib. l. sancimus. §. similiq;.

ff. de excusat. l. si repro.

Nomine

Nomine quantitatis, ſpecies continetur.

ff. de leg. 3. l. quiſquis.

Nomen familiæ, diuerſas habet acceptiones.

ff. de uſu & hab. l. 2.

ff. de uerb. ſign. l. prouincia. §. 1. & l. ult.

Dominus & ſeruus in reſpectu non dicuntur.

C. commu. de manum. l. 1.

C. de liber. cauſ. l. ſi uſufr.

Poſt annos, id eſt, biennium.

ff. de man. teſt. l. libertas.

ff. de uerb. ſignif. l. inter illum.

ff. quod cum eo. l. ſed ſi ex. §. ſo.

Longum tempus, id eſt, triginta annorum.

C. de præſcr. 30. annor. l. ſi cùm.

In perpetuum, id eſt, dum uiuit.

ff. pro ſocio. l. 1. nulli.

Perpetuum, id eſt, triginta annorum: ſicut dicitur de actionibus, in perpetuum, id eſt, ſemper uerum.

ff. de neg. geſt. l. Neſennius.

Mox, id eſt, duorum menſium.

ff. de re iudic. l. ſi debito.

Difficile pro non ponitur.

ff. de pet. hær. l. ſed ſi lege. §. ſi quis rem.

ff. de pign. act. l. 1.

ff. de ſeruis export. l. ſi ſeruus.

Verbis permiſſionis prohibet.

ff. de eden. l. ſi quis. §. prætor.

Verbis negationis non permittit.

ff.de man.test. l. Titia.§. si Titius.

Facere, id est, reddere.

ff.de uerb. sign. l.faciendi.

Et proficere.

ff.de usufr.l.9.

Remanere, id est, restituere.

C.de donat.ante nupt.l si autem.

Nocet, id est, nocere potest.

ff.de statu lib.l.Labeo.§.contra Stichum.

Videtur, id est, uideri potest.

ff.quand. dies lega.ced.l.si Titio.

Cum, pro si: & econuersò.

ff.de uerb.oblig.l.quicunq;.
ff.si mul.uent.nom.l.1.§.2.

Cum dicitur actio denegari, intelligas ipso iure.

ff.de procur.l.in causæ.§.ult.

Cum dicitur, tollitur: per exceptionem intelligas.

ff.de procu.l.in causæ.§.ult.

In, pro cum.

ff.de admin.tut.l.à tuto.§.hæres.
ff.de aqua plu.arc.l.1.§.in summa.

In, pro non.

ff.solut.mat.l.si filio.

Cum, pro &.

ff.de rescin.uend.l.3.
ff.de usufr.leg.l.illi.§.cum illo.

ff.de

ff. de usufr. ac. l. si quis.
Contrà, ff. de mort. infer. l. negat.
Contrà, ff. depos. l. 1. §. qui depositis.
Contrà, ff. de instr. leg. l. si cui.

Si, pro non.

ff. de leg. 1. l legat. generali.

Si, pro quamuis.

ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. ult.

Si, pro quia.

ff. de in litem iur. l. uideamus.

Non, pro quam.

ff. de acquir. poss. l. clàm. §. ult.

Quoniam, pro nunquam.

ff. de pollic. l. in priuat.

Omne si non per omnia omne.

In Inst. de donat. §. 1.
ff. de instr. leg. l. quæsitum.
ff. de reb. aut. iud. pos. l. credi.

Aureum, pro solido.

In Inst. de pœna tem. litig. §. ult.
C. de Epis. & cler. l. omnes.
C. de sportul. l. 2.
In Inst. de oblig. quæ ex quasi del. §. cum.
ff. de his qui deiec. l si uerò. §. prætor.
ff. de in ius uoc. l. pen.

Siliqua est octaua pars solidi.

In Auth. nullus credens agitur.
Alij dicunt, quòd est 12. pars solidi.
ff. de annu. leg. l. liberto. §. filium.

Libram, pro pondere.

ff. de auro & arg. leg. l. Quintus. in fin.

Quia

Quid sit calendarium.

ff. de leg. 3. l. qui filium.

Per noticiam unius immediatorum, bene haberi noticiam alterius: & ad destructionem unius, sequitur destructio alterius.

In Instit. de his qui sunt sui uel al. iur.
In Instit. de tutel.
In Inst. de oblig. quæ ex quas. §. manifestè.
ff. de testib. l. ex eo.
ff. de iudic. l. cùm prætor.
ff. de probat. l. uis eius.
ff. pro empt. l. 1. §. 1.
ff. de uerb. sign. l. hæc uerba, ille aut ille.
ff. de accus. l. qui accus.
ff. de diuor. l. 4. uxores. & l. ult.

Præiudicant posteriora prioribus.

ff. de pact. l. si unus. §. pactum.
ff. de iureiur. l. duo. §. ult.
ff. de procur. l. si procurator. §. ult.
ff. de leg. 1. l. si mihi. §. ult.
ff. de uerb. sign. l. cum fundum.
ff. de rei uend. l. si qua.
ff. de iure codicil. l. diui. §. licet.

Vltima non derogant primis.

ff. de leg. 1. l. si ita. l. si cui seruus.
ff. famil. hercis. l. cautio ex parte. §. ult.
ff. de leg. 3. l. legatorum. & l. si quis.
ff. de uulgar. sub. l. cohæredi qui po.
ff. de alim. leg. l. Gaio, Seio. l. 3. §. ult. & 4.
ff. de pactis. l. profiteor. §. pater.
C. de testam. l. etsi à patre.
ff. depos. l. 1. §. idem.
ff. de procur. l. licet. §. ea.

AD

ADIECTIO.

Vbi solo consensu potest discedi, præiudicat priori bus, nec obuiat lex: & quia ibi simul dati uidētur, cum simul & eodem tempore incipiant ualere: ut in illa eadem l. innuitur, ff. de codicill. l. ab intestato.

Præiudicant posteriora, &c.] Ar. contr. in ultimis uoluntatibus posteriora derogant prioribus: nisi priora interponantur, ut derogetur posterioribus. ut ff. de leg. 3. l. si quis. in prin. & de iure codicil. l. diui. & de adim. legat. l. 3. §. ult. & l. 4. & de don. inter uir. & uxor. l. cùm hic. §. 1. At in contractibus præiudicant prima ultimis, si per ea ius in re constituatur: ut hypothec. public. ut C. qui potio. sunt in pign. l. si fundum. & de rei uend. l. quotiēs. Leges autem pleræq; in contraria Rub. positæ, nihil faciūt ad rhombum, uel falsò scriptæ sunt. Si uerò per ea ius in re nō constituitur, sed talis est pactio, ut solo consensu inducat actionem: est idem, quod in ultima uoluntate. ut ff. de procur. l. si quis cū pro. §. ult. & de rescind. uēd. l. si quan. & de contrah. empt. l. pacta.

ADIECTIO.

Imò distinguendum est, an sit tale factum, quod pendeat tantum ex uolūtate eius qui primò uoluit: & tunc posteriora prioribus derogant. an ex sua & aliena: & tunc nō derogant. ut C. de act. & ob. l. sicut.

Affectionem spectari, & indefinitum æquipollere uniuersali.

In Decret. 1. q. 2. si alia. in fin.
ff. de annu. leg. l. ult. §. uxori.
ff. pro socio. l. Cornel.
ff. de alie. iur. l. 1. §. quòd autem.
ff. de hæred. uel act. uend. l. ult.
ff. de testam. tut. l. si quis ita. §. 1. & ult.
In Inst. qui dare tut. poss.

In Inſt. de excuſ. §. penult.

Affectionem ſpectari, &c.] Hæc eſt nota.

Poſteriores leges ad priora trahi.

C. de lit. cont. Auth. offeratur.
ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum.
ff. de min. 25. ann. l. auxilium.
ff. ad leg. Iul. de adult. l. is cuius.
C. de ſecund. nupt. Auth. ex teſtamento.
C. ad Tertul. l. defuncto.

Aloteta eſt omnium mater.

Si conſenſeris, ut in eum, Indignati ſunt Apoſtoli, cùm unus eſt indignatus.

ff. de pet. hær. l. diuus. §. diuus. ubi quorum.

Hyſteron proteron, id eſt, ordo conuerſus.

ff. de pet. hær. l. ſi poſſeſſor. §. redac.
In Inſt. de rer. diuiſ. §. littorum.

Endiadis, eſt cum unum nomen ſubſtantiuum uertitur in accidentale.

Vt I. ac. po. l. uiolentia.
In Inſt. de tut. primo reſponſ.

Cacophonia, id eſt, mala ſonoritas: ut cum plures dictiones immediatè ab eadem ſyllaba incipiunt.

Vt in Euang. Qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.

ff. de iniur. l. ſed ſi uend. §. procura. pater.

Anthypophora, id eſt, reſponſio tacitæ obiectionis.

Vt in Inſtit. in princ.

Antinomia, id eſt, contrarietas.

C. de uet. iur. enucleand.

Pleonaſmus,

Pleonaſmus, id eſt, dictio ſuperabundans.
Vt ſic: Ore locuta eſt. &: Vidit oculis.
ff. de flum. l. 6. flum.
ff. de acquir. rer. dom. l. acquir.

Synecdoche, ubi pars pro toto ponitur.

Emphatice, id eſt, expreßiuè.
Vt: Dauus eſt ipſum ſcelus.

Aposiopeſis, id eſt, literæ defectio.

Metonymia, id eſt, continens pro contento.

Zeugma, quando plures clauſulæ ſub uno uerbo comprehenduntur: & eſt à ſuperiori, à medio, & ab inferiori.

DE VERITATE, ET CREDVLITATE: ET quid cui liceat, uel non.

RVBRICA XCV.

Veritatem inſpiciendam, non opinionem.

In Inſt. de legat. §. ſi quis rem ſuam.
C. de tranſ. l. cum ea quæ.
C. plus ualere quod agitur.
C. ſi quis alteri uel ſibi. l. multum.
ff. de iur. & fact. igno. l. regula. §. qui.
ff. de uſucap. l. nunquam iuſto. §. filius.
ff. de furt. l. falſus. §. qui.
ff. de acquir. hær. l. ſed & ſi idem.
ff. de donat. l. 2. §. ſi ſub eo.
ff. pro dote. l. 1.
ff. ad leg. Falc. l. cùm pater impuberis. §. 1.

ff.ad leg. Aquil. l. scientia.
ff.de manu. test. l. si patronus.
ff.pro empt. l. 3. §. 3.
ff.de iniur. l. cum qui nos. §. si iniuria.
C.de test. l. 1. & 2.
ff.quib. mod. usufr. amit. l. is qui. §. usufructus.
ff.de leg. 3. l. 1. in princ.
ff.de usufr. l. si ita. §. 1.
ff.pro suo. l. ult.
ff.de iniur. l. idem apud. §. interdum.

Veritatem inspiciēdā, &c.] Hæc Rub. suprà plenè exposita est: & de opinione, quādo debeat spectari.

Non tantum ueritas inspicitur, quantum testatoris uoluntas.

ff.de hæred. instit. l. qui loco. §. 1.

Non tantum ueritas, &c.] Hæc est nota. Vtrumq; enim cōsideratur, nisi diuersa omnino uideatur uoluntas à uerbis: ut ff. de legat. 2. l. 4.

Soli dicto creditur, si quis se feciſſe dixerit.

In Auth. de collat. 6. const. 2.
C. de arbit. l. ne in arbitris.
C. de testam. l. uerba.
C. de testib. l. nondum.
C. de rei uend. l. emptor ancillæ.
C. de donat. l. ex hac.
ff. rem rat. hab. l. satis.
ff. de hær. instit. l. quoties.
ff. de duob. reis stip. l. his uerbis.
ff. de manu. test. l. teste Iul.
ff. ad Macedo. l. sed Iul.
ff. de leg. 3. l. cum quis. §. codic.
ff. si tab. testam. l. ex. in fin.
ff. de his quib. ut indig. l. pos.
ff. de inoff. test. l. si is qui. in fin.

ff.de leg.3.l.fideicom.
ff.ad Syllan.l.si quis in graui.

Contrà.

C.de probat.l.rationes.
C.de donat.l.nuda.
ff.de leg.2.§.Titia.
ff.de hær.instit.l.ex facto.

Soli dicto,&c.] Soli dicto meo creditur, in meum præiudicium, non ad alium mihi obligandum. ut C.de probat.Rationes. Item creditur, si dicã me dedisse quid certum,uel feciſſe, niſi ſit odioſum,niſi incertum,uel daturum etiam certum: alioquin cõtrà. ut ff.de leg.2.l.Titia.primo reſponſ.quia quæ de prę terito ſunt, certiora ſunt. Nec obſtat, quod dicitur de donat.l. nuda. quia non fecit aliquid tale, unde naſcatur uel præſumatur nata obligatio. Secus aũt, ſi dicam me donaſſe: quia donatio, ſi uera eſt, obligat.ut ff.de hæred.inſtit.l. qui uolebat. & de liber.& poſthum.l.cum quidam.

Creditur bene geſtum à ſapiente.

C.de leg.& fideicom.l.humanum.
ff.de offic.præfec.præ.l.1.
C.de Epiſc.audien.l.Epiſcopale.
In Decr.12.q.2.expedit.
ff.de probat.per calum.l.cum deinde eum propinqui.
C.qui & aduerſ.quos.l.1.

Vt liceat pulſato uel prouocato, quod aliàs non liceret.

ff.de in ius uoc.l.libertus.
ff.ad leg.Aquil.l.itaq;.l.ſcientia.§.pen.
ff. de bonis lib.l.qui cum.

Faciẽte quod facere licet, arbitratu nõ puniri.

ff.locati.l.ſi ignorans.

ff. de redhib. l. quid sit. §. apud.

Semel tantum quid licere.

In Inst. de legat. §. potest.
ff. de adopt. l. adoptare.
ff. de legat. 1. l. 5.
ff. de manu. test. l. si ita.
ff. de aqua pluu. arc. l. in diem.
ff. de leg. 2. l. statu lib. in fin.

De re dubia transigere non licet.

ff. de transl. de his cum hi.

Contrà.

C. de transact. l. 1.

Potest uel licet debere, non tamen donare.

ff. de pact. l. iurisgen. §. ult.
ff. de donat. l. filius.
ff. quæ res pign. oblig. poß. l. 1.
C. de administ. tut. l. omnes.

Qui parauit rem, & ad actum non processit, nihil egisse uidetur.

In Inst. de testam. milit.
C. de act. & oblig. l. si quidem.
ff. de fide instrum. l. contractus.
C. de usucap. l. ea.
ff. de acquir. rer. dom. l. nudo.
ff. rem rat. hab. l. amplius.
ff. de hæred. instit. l. quoties.
ff. de testib. l. si is.

Creditur bene, &c.
Vt liceat pul. &c.
Facientem quod, &c.
Semel tantum quid, &c.
Qui parauit rem, &c.
} Hæ omnes sunt notæ.

Vigilare

Vigilare prodest.

ff.quæ in fraud.cred.l.ult.in fin. & l.qui autem.
ff.de pecul.l.in summa.
C.depositi.l.ult.

Non prodest.

ff.de noxal.l. si à multis.

Vigilare,&c.] Solutio. Semper licet uigilare: sed non semper,ut in contraria Rubr.

Licet ratione consensus, quod aliàs non liceret.

ff.de in ius uoc.l.quamuis.

Licet ratione officij.

ff.de in ius uocan.l.quæsitum.

Licet ratione necessitudinis.

ff.de in ius uoc.l.1.& 2.
ff.qui satisd.cog.l.2.

Licet ratione digni iudicis.

ff.de in ius uoc.l.libertus.

Ratione alterius delicti licet.

ff.ne quis eum qui in ius uoc.l.1.§.1.

COMMVNIA PACTORVM ATQVE OBLIGATIONUM, & contractuum.

RVBRICA XCVI.

Pactum non transit ad hæredes.

C.de legat.l.apud iul.§.si quis.
ff.de uerb.oblig.l.stipulatio ista.§.si quis ita.
C.sine cens.uel reliq.l.1.
ff.de seruit.rust.præd.l.pecu.

ff. de pact. l. si quis decē. §. si quis pa.
ff. de seruit. leg. l. mater filiæ.

Contrà.

ff. de pact. l. iuris gentium. §. pactorum.
ff. de pign. l. si neces. §. pen.
ff. de probat. l. si pactum.
C. ut ab hærede. l. 1.
C. de contrah. & commit. stip. l. ult.

Pactum non, &c.] Quando pactorum beneficiū detur hæredi, uel contra hæredem, dic plenè, ut notaui in distinct. 7, de actionibus.

Aliquando etiam lite contestata non transit ad hæredes.

ff. solut. mat. l. si marito. §. si uolunt.
ff. de oper. lib. l. si operas.

Cum duo sub alternatione debentur, si super uno paciscatur, & super altero pactus uidetur.

ff. de pact. l. si unus. §. si cum mihi.
ff. de cond. instit. l. qui sub cond. §. si quis.
ff. de libera. lega. l. non solum. §. si is qui.
Contrà, ff. de rei uend. l. Paulus.

Cum duo, &c.] Hæc est nota.

Quando ex alieno pacto utilis datur actio.

C. de usur. l. accept. in fin.
C. quand. ex facto tutor. l. 2. §. ult.
ff. de neg. gest. l. si pupill. §. si quis.
ff. de seruit. uend. l. 4. §. 3.
ff. de const. pec. l. 5. §. ult.
ff. manda. l si manda. §. si procura.
ff. de pact. dot. l. cùm dos.
ff. de uerb. oblig. l. si ita stipul. §. Chrysogonus.

Quando

Quando ex alieno pacto, &c.] Hoc plenè §. exposuimus.

Rerum inhonestarum nulla societas.

ff. famil. herciſ. l. cætera. §. mala.
ff. pro ſoc. l. nec poteſt qui ſe pel. §. 2.
ff. de fideiuſſ. l. ſi à reo. §. ult.
ff. de tutel. & rat. diſtra. l. 1. §. ſi plures. in fin.

Rerum inhonestarum, &c.] Hæc est nota.

Qui promiſit inducere ſocium, quandocunq; ſe induceret, quamuis hoc faciat ea ratione, quia uelit ad curiam proficiſci, tamen ſocium inducet.

ff. de teſtam. milit. l. in fraudem. in fin.
In Auth. de alie. emphy. & pa.

Contrà.

ff. de teſtam. tut. l. pater.
ff. de ſolut. l. cùm quis.
ff. de re iud. l. à diuo. §. etſi poſt.

Qui promisit, &c.] Hîc uidentur ſignari contraria arg. huic m. quæ tamen non multum faciunt ad cauſam, nec etiam uidentur bene poſſe aptari: dico tamen, quòd teneatur inducere propter uerbum, quandocunq; indefinitè prolatum. ut ff. de ſeruit. urb. præd. l. ſi ſeruitus.

Non tenetur, ſi non facit, quod facere conuenit.

ff. de pet. hær. l. ei qui. §. 1.
ff. locati. l. quæro. §. item.
ff. de pact. reſcript. §. ſi pacto.
ff. pro ſocio. l. ſi conuenit.
ff. de pact. dotal. l. ſi pater.

ff.unde ui.l.1.§.si pacta sit.

Contrà.

ff.de separ.l.1.§.illud.
ff.depos.l.si hominem.§.quoties.
ff.de furt.l.interdum.§.furtum.

Non tenetur,&c.] Qui conuenit aliquid facere, tenetur si id non facit: ut in hac Rubr. & prætor ait: Pacta seruabo. Nec obstat, quod dicitur in cõtraria Rub. ff. de separ. l. 1. §. illud. quia illud est propter iustissimam ignorãtiam, ut ibidem dicitur. Quod autem dicitur de furt. l. interdum. §. furtum. & ff. depos. l. hominem. §. quoties: nõ uideo quid ad rem faciat.

Locatio sine pecunia esse potest.

ff.locati.l.& hæc distinctio.in fin.

Non potest.

ff.locati.l.1.

Locatio,&c.] Non obstat, quod legitur in ff. locati. l. & hæc distinctio. §. illud. quia ibi impropriè ponitur uerbum locare: ut C. locati. l. si olei.

Res sacra uendi potest.

ff.de contrah.empt.l.pacta.

Non potest.

ff.de cont.empt.l.& de sacra.

Res sacra, &c.] Hoc distingue: ut ff. de contrah. empt. l. & liberi hominis.

Liber homo potest emi à sciente.

ff.de liber. caus.l.liberis.§.si duobus.

Contrà.

ff.quib.ad liber.proclam.l.ult.

Liber homo,&c.] Hoc ideo, quia alius erat ignorans: alioquin contrà. ut in contraria Rub.

Vsu-

Vsurarius uendere potest usum.

ff. de usu & habit. l. diuus. in fin.

Nequaquam potest uendere.

ff. comm. diuid. l. item quam. §. 1.

ff. de usu & hab. l. sed neq;.

Vsurarius, &c.] Solutio. Non uendit, nisi in casibus: ut in hac Rub. & ut notaui in Instit. de usu & habitat. §. minus.

In quibusdam casibus habet tantum, quantum usufructuarius. ut ff. de usu & habitat. l. diuus. & l. fundi. & de usu ear. rer. quæ usu consum. l. 5. §. ult. & l. antepen.

Prædium minoris sine decreto uendi & obligari potest.

C. de oper. pub. l. pen.

C. quando decret. opus non est. l. 2. & 3.

C. de Episc. & cler. l. orphana. in fin. l. quasi. & Authent. sed liberi.

C. de admin. tut. l. ult. §. defensione.

Non potest.

C. de præd. minor. l. inter.

Prædium minoris, &c.] Certum est, quòd sine decreto alienari non potest, nisi in casibus: ut in hac Rub. & in contraria.

DE COACTIS, ET DVBIIS, ET PENDENtibus.

RVBRICA XCVII.

Aliquem inuitum cogi agere.

ff. locati. l. in plures. §. messem.

ff. de

ff. de minor. l. ait prætor. §. 2.
ff. de act. empt. l. Iul. §. penult.
C. de ingen. manu. l. diffamari.

Contrà.

C. ut nemo inuitus. l. 1.

Aliquem inuitum, &c.] Regula traditur generalis, ne inuitus cogatur agere quis. ut C. nemo inuitus. l. 1. Fallit tamen in casibus, ut in hac & in cõtrar. Rub. & ut notaui in summa, C. ut nemo inuitus.

Coacta uoluntas, uoluntas est.

ff. quod met. caus. l. si mulier.
ff. de bon. liber. l. nihil. §. si patronus.
ff. de rit. nupt. l. si patre.

Dubia in benigniorem partem interpretari.

C. de nupt. l. si quis calum.

Duo sunt, quæ coactionem abhorrent: & sic excusat.

ff. quod met. caus. l. si mulier. §. si dos.
ff. de iudic. l. 2. 1. respons.
Contrà, ff. de arb. l. si feriæ.
Contrà, ff. de min. 25. an. l. ait prætor. §. 2.

Cogitur particulatim accipere.

ff. si cert. pet. l. quidam.
ff. quib. mod. pig. uel hypot. solu. l. ult.

Cogitur, &c.] Creditor per partes non cogitur accipere, nisi in tribus casibus: id est, in libertate, & ubi debitum non est liquidum, & ubi hoc est conuentum. ut ff. de usur. l. tutor. §. Lucius. & ff. si cert. pet.

pet.l.quidam.& de statu lib.l.cùm hæres.§. Stichus.

Cogitur manumittere, qui rogatus non fuerat.

ff.de fideicom.lib.l.Cepha.§.2.

De sola suspicione cogitur quis iurare.

C.de his qui ad Eccles.confu.l.ult.§.ult.
C.de iure delib.l.sancimus.§.licentia.
C.de iure dot.l.in pe.uetus.§.ult.
C.de pœn.iud.qui mal.iud.Aut.
ff.de eden.l.argentarius.
ff.ad Syllani.l.2.§.si quis in uilla.

Cogitur manumit.&c. } Hæ sunt notæ.
De sola suspicione,&c. }

Dubium pro certo haberi.

ff.de nox.act.l.quoties.
ff.de re iud.l.cum ex causa.
ff.de minor.l.eleganter.
ff.de ritu nupt.l.si ita.

Dubium pro nihilo haberi.

ff.de arbit.l.non distinguemus.§.summè.
ff.ad leg.Aquil.l.scient.§.cum stra.huic.§.si suus.
ff.de usufr.l.sed etsi.§.1.in fin.
ff.de rei uend.l.idem Pompon.§.ult.

Dubium, &c.] Quæ in istis Rubr. dicuntur,non uidentur esse contraria. quod enim dubium est, si necessarium sit, illud esse certum ad alicuius fundandam intentionem, pro nullo habetur. ut ff. de arbit.l.non disting.§.summa. & ut in contrar. Rubr. Et ad idem tendit, quod dicitur in contraria Rub.& ff.de nox.act.l. quoties. nã & ibi certũ erat, dominũ habere in potestate, & negaret,cõueniretur sine noxæ de-

xæ deditione Sed quia incertū est, defertur sacramē/tum: ut in eo. tit. l. si seruus. § dominus. Quod autem dicitur, ff. de re iud. l. cum ex causa. non obstat: quia dubium est à principio, sed postea perueniendū est ad indaginem ueritatis: ut si probetur, nō remanere apud eum, quantum sufficit ad alimenta, soluto de/bito imploret beneficium.

Eo ipso quòd dubium est, quod negatur. ut ī. de affir. Rubr. eo ipso.

Quædam dubia retrò duci ex pòst facto.

ff. de usufr. l. sed & si quis. §. 1.
ff. de minorib. l. non enim.
ff. de acquir. rer. dom. l. in eo.
ff. de reb. dub. l. quid. ām sunt.
ff. ad Trebell. l filiam fratribus.
ff. de castr. pec. l. ex castrensi.
ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ. §. si seruus.
ff. de solut. l. pupillus. §. 1. & ult. qui res.
ff. qui potior. in pig.
In Auth. de nupt. §. inde. in fin.
ff. de liber. caus. l. ordinata.

Incipit pendere.

In Instit. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. ab hostibus.
ff. de usuc. l. is qui.
ff. ad l. Aquil. l. liber homo.
ff. si cert. pet. l. proprium.
ff. de man. test. l. Nerat.
ff. com. præd. l. ult.
ff. de fund. dot. l. si nupt. §. 2.
ff. de solut. l. si quis off. in fin.
ff. ad Maced. l. 1.
ff. de usufr. l. sed &. §. arboribus. & §. ult. quid ergo.
ff. de re iudic. l. duo.

ff. de

ff. de cond. indeb. l. si non sortem. §. si decem.
ff. de castrensi pec. l. proponebatur. §. filiusfam. & l. pen. §. penult.
ff. de don. int. uir. & ux. l. si is. l. ult. §. pen.
ff. de postlim. reuers. l. in bello.

Contrà.

ff. de statu lib. l. 1. & 2. §. si ex.

Quædam dubia, &c. Incipit pendêre, &c.] Hæ sunt notę, nec recipiunt contrà. quod enim signatur pro contrario, in ff. de statu lib. l. 1. & 2. non uideo ad rem facere.

Non cogitur aduocatus ire per prouincias.

C. de sent. & interloc. l. comparat.
ff. de annu. leg. l. Mæuia. §. 1.
ff. de procur. l. sed & §. non solum. cum suis concord.
ff. de dam. infect. l. inter quos. §. ult.
ff. de iud. l. hæres.

Contrà.


In Aut.ut liceat mat.& au.§.his quoq;.

Ex præsumptione aliquem mori debere.

In Aut.de depo.& denun.in prin.tit.§.uideamus.

Quis debeat probare amissionem rei, uel fortuitum casum.

In Aut.de depor.& denun.in prin.tit.
In Aut.de test.§.si uerò.

In Aut.de æqual.do qui nec ma. §. qui Veronia.

Vbi culpa præcesſit caſum, tenetur de caſu.

In Aut.de depor. & denun.in prin.tit.

Ex ſola denunciatione, omne periculum ad eum qui denunciauit, ſpectat.

In Aut.de deport.& denun.in prin.tit.§.uidendum.

Quod pro te non admittitur, nec contra te admitti debet.

In Aut.quib.mod.nat.effi.leg.§.filium.

De arbitrio boni uiri.

In Aut.de ſanct.Epiſ.§.reueren.

Inuitis beneficia non conferri.

In Aut.quib.mod.nat.leg.effic.§. quoniam uerò.

Quædam à ſe non ualent, niſi à iudice fuerint confirmata.

In Aut.quib.mod.nat.effic.leg.§.2.§.ſi quis igitur.

Dignitatem, officium, diuitias, eſſe inſpicienda.

In Aut.de teſtib.§.ſancimus.§.ſi uerò.

Contrà.

In Aut.ut exact.do.iuſta.§.illud quoq;.

Quis ignorantiam uel errorem probare debeat.

In Aut.de teſtib.l.ſi uerò.

Multitudinem eſſe inſpiciendam.

In Aut.de teſtib.§.ſi uerò.

Quædam dubia ex pòſt facto certificari.

In Aut.de teſtib.§.ſi uerò dicam.

Non

Non ſtatim præſumitur quis inimicus, niſi manifeſtè probetur.

In Aut. de teſtib. §. ſi uerò quis.

Sufficit ſi generaliter renuncietur.

In Aut. ut ſine prohibi. ma. & ha. § ſi quis uerò.

In Aut. de hær. quæ ab inteſt. §. ex hoc.

Denunciationem contemni, & nihil facere.

In Aut. de denun. & depor. in prin. tit. §. uideamus.

Appellatione filiorum, nepotes & pronepotes, & deinceps contineri.

In Aut. ut ex ac. iuſta do prin.

Qui paratus eſt dare, tale eſt ac ſi dediſſet.

In Aut. ut ex ac. do. prin. §. illud quoq;

Licet generaliter dicat, non tamen præſumi, quic quid lege ueteri dicebatur, correctum per omnia.

In Aut. ut ſin. prohi. ma. & ha.

Æqualitatem ſpectandam.

In Aut. de æqual. do. §. hæc igitur.

Generali uerbo ſpecialia uerba continentur.

In Aut. ut ſin. prohi. ma. & ha.

In his quæ poſtea fiunt, fraus præſumitur: non in his, quæ antè facta ſunt.

In Aut. de æqual. do. §. dedimus.

Nota de tanquam.

In Aut. de exci. & intro. re. §. optimum.

Nota, quòd mulier omnib. creditorib. præfertur.

In Aut. de æqual. do. §. his.

Exa

Expressa prosunt, non expressa nocent.

In Aut. de æqual. dot. §. quomodo.
In Aut. de imperfec. testa. §. etsi qui inde.
In Aut. ut cùm de appell. co. §. 2.

Plus ualet tacitum, quàm expressum.

In Aut. ut cùm de app. co. §. si quis depr.
In Aut. de sanct. Epis. §. ult.

In quibus casibus magis creditur scripturæ, quàm testibus.

In Aut. de æqual. dot. §. quia uerò.
In Aut. de exhib. & intro. re. §. sancimus.

Negligentia uel taciturnitas damnum affert: nã quis sibi imputare debet.

In Aut. de exca. qui re. §. sancimus.
In Aut. de æqual. do. §. illud quoq;.
In Aut. cum de appell. co. §. causas. in fin. & §. si quis.
In Aut. ut sponsal. larg. §. rursus.
In Aut. de alie. emphy. §. si uerò. & §. quis autem.
In Aut. de sanct. Epis. §. si seruus.

Contrà.

In Aut. de temp. non solu. pec. §. naturaliter.
In Aut. de appell. in medio tit.
In Aut. de æqual. dot. §. illud quoq;.

Voluntatem posse mutari.

In Aut. de imperfec. testam. §. si quidem.

Renunciationem tenere.

In Aut. cum de appell. co. in prin. tit.

Ex inopia alterius, actionem in alterum dari, uel restitui.

In Aut. de rest. §. ult.

Quædam

Quædam transeunt succedendo, uelut uniuersitates, quæ aliàs transire non possunt.

In Aut. de litig. §. 1.

Parem esse scientis & ignorantis conditionem.

In Aut. de litig. §. sui autem.

In Aut. nulli iudi. §. si cui.

Iusiurandum dari, cùm fideiussor dari non potest.

In Aut. cùm de appel. co. §. si quis.

In Aut. ut lic. mat. & au. §. his quoq;.

Culpa præcedens culpam abolet subsequentem.

In Aut. cùm de app. co. §. si quis.

Contrà.

In Aut. ut liceat mat. & au. §. propterea.

Institutiones irritari, cætera uerò firma permanere.

In Aut. cùm de appell. co. §. si quis.

Nota, de perseuerantia.

In Aut. tit. eo. l. si quis.

In masculino nõ semper intelligitur femininum.

In Aut. tit. eo. §. causas rectè.

Habentem 17. annos, contrahere posse.

In Aut. cum de appell. co. §. si quis infi.

Rem alienã ignorante domino rectè obligari posse, & obligationem tenere.

In Aut. eo. §. si quis infi.

Nocet scientia sine denunciatione.

In Aut. eo. §. si quis infi. §. 1.

In Aut. ut lic. mat. & au. §. quia uerò presbyteri.

In Aut.de alie.emph.§.œconomus.

Negligentia clericorum Ecclesiã damno affici.

In Aut.cum de appel. co.§.si quis in.

Dilationem temporis fieri sine damno actoris.

In Aut.cum de appell.co.§.Memi.

In Aut.de sanct.Epis.§.si quomodo.

Sufficit à quocunq; denunciare.

In Aut.ut lic.mat.& au.§.quia uerò plurimam.§.causas.§.quòd autem.

Ex periurio aliquem puniri.

In Aut.ut lic.mat.& au.§.causas.

Contrà.

In Aut.ut lic.mat.& au.§.quòd autem.

Dolum præsumptum nemini debere prodesse.* *al.proprium.

In Aut.ut lic.mat.& aui.§.quia uerò quædam.

In Aut.ut nulli iud.§.monasteria.& §.quia uerò aliquid.

De tacita obligatione.

In Aut.de hær.quæ ab intest.§.ex his.

Confitenti suum delictũ ignoscitur, si hoc probat.

In Aut.ut litig.iur.§.si quis.

Non sufficit, si generaliter quid dicatur: sed oportet, ut specialiter proponatur.

In Aut.ut litig.iu.§.si uerò.

In Aut. de mulie.quæ par.

Iuramentum habetur loco plenæ probationis.

In Aut.ut litig.iur.in prin.tit.

Ex sola suspicione debere aliquem iurare.

In Aut.ut litig.iur.§.si uerò.

Allegantem suam turpitudinem debere audiri.

In Aut.ut litig.iur.§.si uerò.

Post iuramentũ præstitũ, licet probare contrariũ.

In Aut. ut litig. iur. §. si uerò.

Eo ipso quòd non probat, calũniator præsumitur.

In Aut. ut lic. mat. & aui. §. causas.

Qui omittit quod debet, intelligitur facere quod non debet.

In Aut. ut lic. mat. & aui. §. qui uerò. §. si quolibet.

In Aut. ut cùm de app. co. §. si quis.

Casus, in quo aliquis in quadruplum condemnatur.

In Aut. ut litig. iur. §. & hoc quoq;.

Casus, in quo quis condemnatur in triplum.

In Aut. de sanct. Epis. §. si quis autem.

Consensus pro facto accipitur.

In Aut. de Eccles. tit. §. si quis tantum.

Peccata suos teneant autores.

In Aut. ut null. iud. §. quia non.

Rescripta contra ius ualere, si princeps ex certa scientia fecit: sed tamen iudex aliter ea non debet admittere, nisi primò Imperatori rescripserit: & tunc demũ ualebunt, si Imperator ei secundò rescripserit.

In Aut. de mand. prin. §. deinde competens.

In Aut. ut null. iud. §. & hoc non iubemus.

Degentem extra suam iurisdictionem, propriis expensis debere uiuere.

In Aut. ut null. iud. in prin.

In Aut. de sanct. Epis. §. interdicimus.

Propriam scripturã nemini debere præiudicare.

In Aut. ut null. iud. §. 1.

Ex eo delicto quo quis pœnam pati debet, præmium mereri non debet.

In Aut. ut null. iud. §. monasteria.
In Aut. de nup. §. mulie.

Pacta esse seruanda.

In Aut. ut nulli iud. §. monaster. in fi. §.

Vt iudex ordinarius non possit recusari, sed alius est ei associandus.

In Aut. ut diffe. iud. in prin. tit.

Vt creditor possideat.

In Aut. de alie. emphy. §. si uerò conting.

Cognatio seu affinitas inducit præsumptionem à suspicione.

In Aut. de alie. emphy. §. œconomus uerò.

Contrà.

In Aut. de sanct. Epis. §. presbyteris. §. ordina.

Standum esse iudicio maioris partis.

In Aut. de alie. emph. §. licentia igitur. §. si uerò uoluerit. & §. his uerò. & §. si uerò quis.

Electioni locum non esse.

In Aut. de alie. emph. §. his uerò.

Nisi manifestè probetur pecuia uersa in utilitatem debitoris, non poterit repeti.

In Aut. ut nulli iudic. §. 1.
In Aut. de alie. emphy. §. si uerò quis.

Quod fauore quorundam, &c.

In Aut. de alie. emph. §. si uerò quis ait.

Ex alterius dolo alterum iuuari.

In Aut.de alie.emph.§.ſi uerò quidam.

Emolumentum ſine onere.

In Aut.de non alie.aut permu.§.ſicut.

In Aut.de alie.emph.§.ſi uerò quidam.

Ex culpa aliquem amittere dominiũ rerũ ſuarũ.

In Auth.de ſanct.Epiſ.in prin.tit.

Vbi principale non tenet, nec eius acceſſorium.

In Aut. de ſanct.Epiſ.§.illud.

Inutiles miniſtros, ſiue Epiſcopos remouendos eſſe, & alios ſubrogandos.

In Aut. de ſanct.Epiſ.§.interdicimus.

In Aut.de Eccleſ.tit.§.ſi quis.§.ædifi.

Iniqua et ambitioſa decreta nullas uires habere.

In Aut.de ſanct.Epiſ.in prin.tit.§.ſed neq;.

Contrà.

In Aut.de ſanct.Epiſ.§.omnibus autem.

Quando clerici ordinantur, caſtitatem debent promittere.

In Aut.de ſanct.Epiſ.§ ſi uerò finitus.

Quædam cum onere tranſeunt ad alios.

In Aut.de ſanct.Epiſ.§.in aſcriptitios.

Quòd clericus, uel œconomus, uel alij adminiſtratores alicuius uenerabilis loci, nõ poſſunt prouocare ante ſententiã, nec poſt ſententiã: niſi primò cõdemnatio exigatur, poſtea uerò prouocetur.

In Aut.de ſanct.Epiſ.§.œconomus autem.

Quod tu alij feceris, idem ab eo pati debes.

In Aut.de ſanct.Epiſ.§.reuerendiſſimi.

Vnum

Vnam personam uicem plurium sustinere.

In Aut.de sanct.Epis.§.spectaculorum.

Ratione incertitudinis deferendum esse.

In Aut.de nup.§.sed captiuitatis.

In Aut.de sanct.Epis.§.si quis aũt ad monasticam.

Vt sportulæ tantum à reo exigantur.

In Aut.de sanct.Epis.§.spectaculorum.

Vbi mulier donat propter nuptias, non possidet, sed maritus.

In Aut.de æqual.dot.§.illud quoq;.

In Aut.de sanct.Epis.§.cui adhuc.

In Aut.ut lic.mat.et auiæ.§.si de alterius.§.causas.§.quia uerò quædam.

In quibus casibus cogatur quis exhibere instrumentum.

In Aut.de coll.in fin.primæ colum.

Contractus pro parte ualet, pro parte non.

In Aut.de non elig.seru.nub.§.hoc quoq;.

Beneficium à lege indultum non potest auferri.

In Aut.de hær.& falc.§.si quis autem.§.nõ aũt ex hoc.

Qui in uno satisfecit, in cæteris satisfacere cogitur.

In Aut.de hær.& falc.§.non autem.

In Aut.ut lic.mat.& au.in fin.§.1.

Inuitus compelleris, ergo uolens non admitteris.

In Aut.de non alien.emph.§.si quis uerò, quis autem.

Standum est ei præsumptioni, quæ nocet.

In Aut.de hær.& falc.§.si uerò.

In Aut.de his, qui ingred.ad appell.§.illud etiam.

Errorem iuris siue facti non prodesse.

In Aut.de hær.& falc.§.si uerò.

Negligentia punitur.

In Aut.de hær.& fálc.§.si uerò non.

Per ſubſtitutam perſonam aliquem poſſe idem aliunde legare, de iuriſdictione quæ mãdatur.

In Aut.de ſanct.Epiſc.§.in aſcriptitios.
In Aut.de collat.§.probibemus.
C.de decurio.l.nullus.lib.10.

Qui de uno negligẽs eſt, in altero ei præiudicatur.

C.de his qui à non do.ma.l.ult.
ff.ui bon.rap.l.ſi ſeruus.

Quando principale non tenet, nec eius acceſſoriũ.

In Aut.quomodo opor.e.§.ſi quis in extran.
In Aut.de ſanct.Epiſ.§.1.& §.ſed neq;.

Contrà.

In Aut.de non alie.emph.§.ſi uerò pòſt inſert.
C.de decur.l.nulli.lib.10.

Tantum facit tranſcurſio temporis, quantũ mors.

In Aut.ut null.iud.§.monaſteria.

Factum alterius alteri prodeſt.

In Aut.de hær.& fál.§.non autem dabimus.
In Aut.ut lic.mat.& auiæ.

Ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, uidentur quaſi neglecta. ut ff. de iniur.l. item apud.§.hoc edictum.

Finito libro, tribuatur gloria Chriſto:
Gaudeat in cælo, qui librũ condidit ipſum.

DAMASI VETERIS IVRIS CANONICI DOCTORIS BVRCHARDICA, siue Regulæ canonicæ, in utramque partem breuiter discussæ & conclusæ.

REGVLA I.

IGNORANTIAM *sæpè tam iuris, quàm facti excusare.*

PRO CONFIRMATIONE REGVLAE.

Ignorantiam excusare * in his, quæ iuris sunt positiui.

Ext. de const. c. cognoscentes.
28. dist. c. presbyterum.
82. dist. c. proposuisti. cum seq.
30. q. 1. c. de his.
D. de petit. hæred. l. sed etsi lege. §. scire autem.

In his, quæ sunt iuris naturalis.

8. dist. c. consuetudo.
De consec. dist. 2. c. scriptura.
52. dist. c. solicitudo.

In his, quæ sunt facti.

Ext. de ord. ab Episc. qui renunc. c. 1. & 2.
D. de iur. & fac. ig. l. in omni parte.

* Nam iuris error dolum excludit, ut notãt Dd. in L. si quis id quod. & ibi Philip. Dec. colum. 5. de iurisd. omn. iudic.

* Quia iuris ignorãtia in lege prohibente nõ causat bonam fidem. Alexã. cons. 21. col. fi. li. 4 & in arte, in qua quis uersatur. l. 2. §. Seruius. de orig. iur. l. 1. C. qui et aduer. quos, &c.

CONTRA PROPOSITAM REGVLAM.

Ignorantiam non excusare in his, * quæ sunt iuris positiui.

16. dist. c. quod dicitis.
Ext. de sent. excom. c. cum illorum.

Nec in his, quæ sunt iuris naturalis.

16.q.1.c.si cupis.
22.q.2.c.in ipsarum.

Nec in his, quæ sunt facti.

Ext.de sent.excom.c.cum illorum.
1.q.1.c.si qui à symoniacis.

SOLVTIO.

Si ius positiuũ ignoretur ante promulgationem, quia & post factũ promulgantis ius illud citra offensam aliquandiu ignoratur, nõ nocet, d.c.cognoscentes. Si uerò post promulgationem: impunè poterit ignorari ad duos menses. Auth. Vt nouæ const. &c. Post illud tempus, non excusabitur ignorans: nisi sit minor 25.annis, aut miles, aut fœmina, aut rusticus. D. de iur. & fac.ignor. l.regula. & D. de proba. l.cũ de indebito. §.fin autẽ. Iuris uerò naturalis ignorantia, licet culpã extenuet, nõ tamen excusat in totũ. Et hoc est quod dicit auctoritas: Seruus nesciẽs uoluntatẽ Domini, uapulabit paucis. Seruus aũt sciẽs uoluntatẽ Domini, & nõ adimplens eã, plagis uapulabit infinitis. 37.dist. §.fin. Facti uerò ignorãtia excusabilis est, d.c.1.ext. de ord.ab episc. facti tamen proprij, aut aliàs crassa & supina ignorantia damnabilis est. d.c.cũ illorũ. & D. pro socio, l. ult. * Circa ignorantiam iuris positiui talis regula comprobata est: Iuris ignorantiã non prodesse adquirere uolẽtibus, suum autẽ seruare uolentibus non nocere, D. de iur. & fac.ignor. l. iuris ignorantia. Fallit tamen regula in usucapionibus, & præscriptionibus in fauorem publicũ introductis, per quas præiudicatur ignorãtibus, uolentibus suum conseruare. C. de longi tẽp. præscript. leg. ult. Item in constitutione ad rigorem iuris obseruandum inducta. C. unde ui. l. si quis in tantam. in quam constitutionem incidit quis, etiam si ignoret, sibi non licere rem suam sine iudice auferre. Instit. de ui bon. rap. §.1.

**c.1.q.4.c. turbatur. §. item ignorãtia.*

REGVLA

REGVLA II.

Neminem priuandum esse iure suo sine culpa sua.

PRO.

Ext. de cler. ægro. c. 1.
Ext. de const. c. cognoscentes.
Ext. de his quæ fi. à maio. par. c. quæsiuit.

CONTRA.

22. dist. c. renouantes.
Ext. ut lite non contest. c. quoniam frequenter.
Ext. de cler. ægro. c. tua.
16. q. 7. inuentum.
61. dist. c. satis peruersum.

SOLVTIO.

Nunquam est quis priuandus iure suo sine culpa sua, & sine causa. Quandoque autem si subsit causa, priuatur quis sine culpa sua, ut in contrarijs. In illis enim superat causa prærogatiua, scilicet, principis uoluntas, priuare aliquem, & ius unius alteri conferre uolentis. d. c. renouãtes. Et D. de offic. præt. l. Barbarius. Item reuerentia sacramentorum, casus superuenientes, uel scandalum.

REGVLA III.

Generalibus præiudicare specialia.

PRO.

Ext. de rescript. c. cum sit Romana. & c. pastoralis. §. quod autem.
D. de reg. iur. l. in toto iure.
C. de procurato. l. maritus.
D. de suppel. lega. l. legata.

CONTRA.

Ext. de offic. deleg. c. ex parte.

Ext. de filijs presbyt. c. ex tua.
Ext. de rescript. c. cum ordinem.
D. de suppel. lega. l. legata.
D. de auro & arg. lega. l. pediculis. §. Labeo.

SOLVTIO.

Præmissa regula uera est: fallit tamen in mandatis generalibus, quæ sunt effectu specialia. d. c. ex tua. Item ubi generale mandatum non est excutioni mandatum, quia sic speciale mandatū re existente integra derogat generali. d. c. cum ordinem. Item fallit in priuilegijs, quia speciale non derogat generali, nisi de eo faciat mentionem. Extra de rescript. c. ueniens. Item in legatis, puta in legato generali, si per imperitiam specierum fiat adiectio, non derogabit id generali. Vnde subaudi in regula: Specialia derogant generalibus, quantum ad illam speciem specialiter expressam. Item aliud subaudi, Si specialia de generalibus nō faciant mentionem, ut d. cap. pastoralis. §. quod autem.

REGVLA IIII.

Tacitam conditionem esse subaudiendam.

PRO.

Ex. de iureiur. c. quemadmodum.
Ext. de const. c. cum M. Ferrarienſis.
Ext. de rescript. c. ex parte constitutus.
22. q. 2. cap. ne quis. & c. beatus.

CONTRA.

Extra, de conuers. coniug. c. ex parte.
C. de condict. ob cau. dat. l. si repetendi.
25. q. 2. c. uniuersa.
33. q. ult. c. ult.

SOLV-

SOLVTIO.

In reſcriptis Papæ ſubintelligitur iſta conditio, Si preces ueritate nitantur, ut d.c.ex parte. In alijs autem generales conditiones ſubintelliguntur, utputa: Si Deus uoluerit: Si uixero. Speciales autem non ſubintelliguntur, niſi exprimantur, uel niſi ſint de ſubſtantia contractus: ut, ſi dominus promittit pœnam colono, ſi expellet eum: ſubintellige ibi, ſi ſolue rit penſionem, & expellat eum dominus, committi pœnam: ut D. locati l. quæro §. inter locatorem. Item aliæ quæ in iure inueniuntur expreſſæ, ſubintelliguntur, ut in extraordina. in prima parte Rubricæ poſitis.

REGVLA V.

Quòd poſteriora non derogant prioribus, niſi in ijs fiat mentio de ipſis.

PRO.

Ext. de renunciat. c. ſanè.
Ext. de offi. delegat. c. ex parte.
Ext. de dolo & contum. c. ex literis.
Ext. de reſcript. c. cæterum. & c. ex parte.
Ext. de confir. util. uel inutil. c. bonæ.

CONTRA.

Ext. de reſcript. c. paſtoralis. & c. ſicut Romana.
Ext. de cogna. ſpirit. c. 1.
D. de legib. l. non eſt nouum.
D. de procurat. l. pluribus.

SOLVTIO.

Si primum mandatum ſit ſpeciale, non derogatur ei per ſecundum, niſi ſecundum faciat mentionē de illo, ut in prima parte Rubricæ. Sed ſi primum eſt genera-

generale,& secundum speciale,tunc derogat primo, etiam si de primo non faciat mentionem, ut in contraria parte Rubricæ. Fallunt tamen præmissa in iure:quia posterius ius derogat priori, & si de eo non faciat mentionem, d.l. non est nouum. Et est ratio, quòd iura nostra sunt à Principe: ergo idem contra primum promulgando tollit primũ, ut D. de const. princip.l.quod principi. Aliud est in rescriptis, quia factorum,super quibus rescribitur,haberi memoria non potest: nam omnium habere memoriam, & in nullo peccare potius diuinitatis est,quàm humanitatis,C.de ueter. iure enucl.l.2.

REGVLA VI.

Quando quis tenetur ad duorum alterum sub alternatione,utrum uoluerit præstando,liberatur.

PRO.

Ext.de rescript.c.inter cæteras.
D.de uerb.sig.l.hæc uerba.
D.de iur.dot.leg.plerunq;.§.ult.
Inst.de hæred.instit.§.si plures.

CONTRA.

De contrah.empt.l.si in emptione.§.ult.
D.de condit.& demonst. l.sub diuersis. & l. per fideicommissum.
D.cond.indeb.l.planè.

SOLVTIO.

Primum regulariter obtinet, sed fallit in legatis: quæ si relinquantur sub diuersis conditionibus incertæ portionis,nouissimę parendum est.Item in fideicommissarijs libertatibus. d. l. per fideicommissum. Et est ratio,quia nouissimæ uoluntati defuncti

stan-dum

standum est. Item fallit, cùm duo in solidum tenentur sub alternatione ad aliqua: quia tunc est creditoris electio, d.l. planè. Item quando duo sub alternatione relinquuntur, licet sit hæredis electio, ut D. de legat. 2. l. si ita relictum. §. ult. quandoque tamen transfertur potestas eligendi in legatarium, ut notat. in lege Lucio. ff. de leg. 2.

REGVLA VII.

Omnium rerum rationem esse reddendam.

PRO.

Ext. de rescript. c. si quando. in fin.
18. dist. c. placuit.
16. dist. §. ecce. in fin.
23. q. 3. c. si habes.
D. de religios. & sump. fu. l. & si quis. §. sed interdum.

CONTRA.

23. quæst. 4. c. Nabuchod. & c. sequent. de Tyrijs & Sidon.
De pœnitent. dist. 4. cap. si ex bono.
D. de leg. & constitut. leg. non omnium.

SOLVTIO.

De omnibus reddenda est ratio. secus tamen contingit in quibusdam propter impotentiam, quòd non potest de ijs ratio reddi.

REGVLA VIII.

Consensus omnium est requirendus, ad quos res pertinet.

PRO.

Ext. de reg. iur. c. quod omnes.
66. dist. c. Archiepiscopus.
Ext. de temp. ord. c. si Archiep.

Ext.

Ext.qui fil.sint legit.c.per uenerabilem.
C.de auct.præstan.l.ult.
D.de adopt.l.nam ita.
D.de seruit.præd.l.per fundum.
D.de aqua plu.arc.l.in concedendo.

CONTRA.

*Non extat in iure Pontificio.

Ext. * de temp.ord.c episcopus.
Ext.de his quæ fi.à mai.part.c.1.
Ext.de elect.c.cùm nobis olim.
65. dist.c.sanè.
D.de reg.iur.l.aliud.§.refertur.
D.de contrahend.empt.leg quod maior.

SOLVTIO.

In negocio uniuersitatis omnium consensus requiritur,& si dissentiant,obtinebit consensus maioris partis,ut in contraria parte Rubricæ.fallit tamen hoc in electione Papæ.extra de elect.c.licet. Item fallit,ubi cõsuetudo approbata à Papa obtinet in contrariũ.ext.de his,quæ fi.à ma.part.cap.c.ea noscitur. Item in iudicijs,si plures sint iudices, tenet sententia maioris partis d.c.sanè.In negocijs autem priuatorum communibus, obtinet regula doctrinæ, quòd omnium consensus requiritur,ad quos res pertinet. Nec obtinet sententia maioris partis,d.l.per fundũ. Casualiter tamen contingit contrarium, quòd ob fauorem debitoris statur maiori parti creditorum, licet illi non constituant corpus, uel collegium. ut D.de pact.l.iuris gentium.

REGVLA IX.

Iustas preces ex necessitate esse audiendas.

PRO.

*In manuscript.habetur,q.8.

Ext.de elect.c.postquam.
Ext.de appell.c.cùm parati.
35.* q.9.c.ueniam.

36.dist.

36. dist. c. cùm multa.

CONTRA.

Ext. de post. c. bonæ memoriæ.
Ext. de his quæ fi. à prælat. c. 1.
D. de iudic. l. non quicquid.

SOLVTIO.

Si aliquid aliquis iustè petat, id est, quòd ius habeat petendi, iniustè denegabitur ei quod petit. Si autem non habet ius petendi, non dicitur quis iustè petere, iuxta illud, Nam stultum est petere, quod possit iure negari: & alibi, Quod iustum est, petito, uel quod uideatur honestum, & ideo potest ei negari quod petit iniustè.

REGVLA X.

Quòd excommunicati post absolutionem omnia iura, quæ amiserant per excommunicationem, recuperant per absolutionem.

PRO.

6. q. 1. c. illi qui.
3. q. c. beatus.
15. q. 6. c. nos sanctorum.
Ext. de hæret. c. sicut ait.
Ext. de testibus. c. ueniens.
Ext. de elect. c. quia diligentia.
Ext. de reg. iur. c. omnis res.

CONTRA.

2. q. 3. §. hinc colligitur. & §. notandum.
25. dist. c. primum.
Ext. de hæret. c. uergentis.

SOLVTIO.

Excommunicatus recuperat iura sibi competentia cùm absoluitur, nisi publicatio bonorum facta fuerit

fuerit post excommunicationem, d. c. uergentis. Sed licet recuperet iura, statum pristinæ personæ amittit, nec promouebitur: quia excommunicatio infertur pro contumacia, 11. quæst. 3. c. certum. Sed & contumacia in ueteri lege morte mulctabatur, 11. q. 3. c. absit. Hodie à promotione repellit. 54. dist. c. multos. in fin. Item, nulla pœna maior est in Ecclesia, quàm excommunicatio. 24. q. 3. c. corripiãtur. ergo pro maximo delicto est infligenda. 24. q. c. non afferamus. Ideo cùm constat illum fuisse excommunicatum, constat eum fuisse criminosum: ergo non est recipiendus ad ordines, uel ad accusationes. 6. q. 1. c. qui crimen. Attamen contrarium est uerum. d. c. ueniens. nisi qualitas criminis, pro quo fuit excommunicatus, inducat contrarium.

REGVLA XI.

Quòd si quis promittat alicui, quòd eius stabit arbitrio, non tenetur illi iniquè præcipienti obedire.

PRO.

32. q. ult. c. ult.
Ext. de arbitr. c. non sine mult.
Ex. de iureiur. c. ueniens. & c. quoniam.
D. pro socio. l. si societatem uniuersarum.
D. de oper. liber. l. si libertus.

CONTRA.

22. q. ult. c. ult.
22. q. 5. c. iuramenti huius.
Ext. de iureiur. c. si uerò.
D. de arbitr. l. diem. §. stari.

SOLVTIO.

In sentẽtijs interlocutorijs potest quis uenire contra propriũ factum, & si arbiter sit, D. de re. iud. l. Paulus.

lus. & D. de arb. l. diē. definitiuis minimè. D. de re iudic. l. Paulus. In alijs autem actibus potest factum suum, quod illegitimè fecit, retractare, nisi interdicatur à superiori, illi qui scienter egit aliquid contra legem & canonem, ne retractet factum suum. d. c. ueniens, & alijs diuersis capitulis.

REGVLA XII.

Vbi certa forma desideratur, ea prætermissa, nihil agitur.

PRO.

Ext. de renunciat. c. 1.
Ext. de presbyt. non bapt. c. ueniens.
23. dist. c. quorundam.
De consec. dist. 4. in synodo.
2. q. 6. §. diffinitiua.
32. q. 2. c. solet quæri.

CONTRA.

52. dist. c. solicitudo.
30. q. 5. c. nostrates.
Ext. sacr. non iteran. c. pastoralis.
Ext. de cler. per sal. promo. c. uno.
D. de uerb. obl. l. quæ extrinsecus.
C. de appellationibus. l. 1.

SOLVTIO.

Forma illa omissa, quæ exigitur ad rei substantiā, nihil agitur. Si autem omittatur forma, quæ est ad solennitatem inducta, secus est, ut in contrarijs. In sententijs autem omissio generalis formæ nocet: non autem omissio specialis formæ, siue ordinis, ut C. de app. l. 1.

REGVLA XIII

Maiori & ſaniori parti ſtandum eſt.

PRO.

62. *diſt. c. ſanè.*
Ext. de teſtibus. c. in præſentia.
Ext. de elect. c. cum nobis. & c. dudum.
Ext. de paroec. & alien. paroec. c. 1.
Ext. de his quæ fi. à maio. parte. c. 2.
Ext. de renunc. cùm inter Petrum.
D. de re iud. l. duo ex tribus.
D. de arbit. l. ſicuti.

CONTRA.

Ext. de poſt. c. gratum.
Ext. de teſtibus. c. in noſtra præſentia.
19. *diſt. c. in canonicis.*
31. *diſt. c.* Nicena.
4. *q.* 3. *c. ſunt in crimine. uerſ. teſtes.*
D. de ſeruitut. ruſt. præd. l. per fundum.

SOLVTIO.

Quod in hoc articulo obtinet, notatur & in illo
Sup. reg. 8. generali: * Omnium conſenſus eſt requirendus. In electionibus autem tria exiguntur, numerus, auctoritas, & bonus zelus. d. c. dudum. Et ſi zelus bonus ſit ex utraque parte, & ex una ſit numerus, & ex altera auctoritas, erunt æquales partes. d. c. in canonicis. Si uerò numerus multum excedat, uincet auctoritatem, d. c. in noſtra præſentia. Quod in electionibus ferè obſeruatur, niſi pauciores eſſent tantæ præeminentiæ, uel prudentiæ in re ſuper qua diſputatur, quòd æquiparentur pluribus. d. c. in noſtra præſentia.

REGV.

REGVLA XIIII.

Consuetudinem Romanæ Ecclesiæ non esse seruandam.

PRO.

Ext. de sent. excom. c. per tuas.
Ext. de temp. ord. c. subdiaconos.
Ext. de rebus eccle. non alien. c. si quis presbyterorum.
D. de off. præsid. l. sed & licet is.

CONTRA.

11. dist. c. nolite. & c. quis nesciat.
12. dist. c. 1. & 2.

SOLVTIO.

Non sunt sequendę ex necessitate consuetudines Romanæ, nisi illæ, quas Apostolum Petrum sequi dignoscitur, & ipse docet esse sequendas. d. c. nolite. & 12. dist. c. 2. Nec quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, attendendum est. D. de off. præsid. d. l. sed licet is.

REGVLA XV.

Quòd multitudo dispensationem inducit.

PRO.

50. dist. c. ut constitueretur.
1. q. ult. c. quotiens.
35. q. 3. c. quod scripsi.
44. dist. c. comessationes.
22. q. 4 c. ipsa pietas & c. non potest.
Ext. de temp. ordi. c. sanè.
Et iuxta illud: Ob populum multum crimen pertransit multum.
Ext. de cler. excom. c. latrones.

CONTRA.

15. q. ult. c. cùm multæ.

De pœnit. dist. 6. c. qui uult.
32. q. 7. c. flagitia.
Ext. de reg. iur. c. quia multotiens.
D. de pœnu. l. aut facta. §. fin.

SOLVTIO.

Si multitudo ignoret illud esse malum quod fecit, instare debet prælatus monendo, prædicando, & puniendo factum, si possit. d. c. qui uult. Si autem multitudo sciat esse malum quod fecit, & per uehementiam defendat illud: tunc cessare debet uerbum prædicationis, usq; dum ultio diuina uiam præbeat prædicationi. c. non potest. & pœna est dissimulanda, uel minor inferēda, ne schisma suscitetur, uel grauе scandalum oriatur.

REGVLA XVI.

Consuetudinem excusare à peccato.

PRO.

Ext. de test. c. ad hæc.
Ext. de iudic. c. nouit ille.
Ext. de diuor. c. gaudemus.
Ext. de tempo. ord. c. sanè. & c. cùm secundum.
Ext. de caus. poss. & prop. c. cum ecclesia.
Ext. de his quæ fiu. à prælat. c. ea noscitur.
32. q. 4. c. obijciuntur.

CONTRA.

32. q. 7. c. flagitia.
8. dist. c. consuetudo.
Ext. de simo. c. non satis. & c. cùm in ecclesiæ.
Ext. de reg. iur. c. quotiens.
Ext. de consuet. c. cùm inter.
Ext. de probat. c. sicut consuetudo.
Ext. de præben. c. cùm non ignores.
Ext. de sent. & re iud. c. cùm causa.

SOLV-

SOLVTIO.

In his quæ sunt iuris naturalis, ac diuini, consuetudo non excusat. d. c. non satis. ad hoc facit quod dicit Augustinus: Malè adinuentæ consuetudines tempore non confirmantur, sed magis sordescunt. auth. ut nulli iud. §. nulli uerò. Si uerò consuetudo inducatur contra ius positiuum, tunc si inducatur contra ius inductum in fauorem utentium consuetudine, præiudicabit iuri: nec deliquerit, qui illam sequetur: quia unicuique licitum est renunciare iuri suo, quod pro se est introductum. ext. de renunc. c. quidam. Si uerò in fauorem aliorum, non poterit prævalere iuri, nisi sit præscripta. d. c. cùm in ecclesię. etiamsi in fauorē ecclesiæ sit introducta. ext. de consuetud. c. ult. & Ext. de præscript. c. de quarta.

REGVLA XVII.

Magistratui esse obtemperandum.

PRO.

11. q. 3. c. 1.
8. q. 1. c. sciendum.
C. dist. c. contra morem.
19. dist. c. memoriam.
Ext. de off. deleg. c. si quando. & c. pastoralis.
Ext. de temp. ord. c. ad aures.
Ext. de præscript. c. cùm non liceat.

CONTRA.

Ext. de temp. ord. c. ex tenore.
Ext. de rest. spol. c. literas.
Ext. de sent. excomm. cap. inquisitioni.
50. dist. c. mandatum.
11. q. 3. c. non semper. & c. quid ergo. & c. cui est illata.
23. q. 1. c. quid culpatur.
12. q. 2. c. non liceat.

SOLVTIO.

Sententiæ excommunicationis latæ à suo iudice ante appellationem est obediendum, siue iustè siue iniustè feratur. 11.q.3.c.si* ante sententiam,&c. si epi scopus, dummodo non contineat expressum errorem, ext.de sentent.excommun.c.per tuas. Et idem in sententia suspensionis Sed in sentētia definitiua, dūmodo ipso iure teneat sententia, hoc est, ubi à suo iudice est lata,& iustè, ueletiā ius litigatoris lędit, sed aliàs debito modo est lata: necesse est obtemperare, uel appellare. ext. de sentent. & re iudic. c. cùm inter. Item sentētia præceptionis, cùm præcipitur aliquid quod pertinet ad officium eius, obediendum est ei: alioquin non, 7.q.1.c.quia frater. & D.de regul.iur.l. factum à iudice. Et hæc, ubi non est certum id, quod præcipitur, esse iustum, uel iniustum: nam in dubijs est obediendum, 24.q.1.c.quid culpatur. si autē præcipiat quod iniustum est, & contra salutem, subditi non tenentur ei obedire, 11.q.3.c.non semper. & d.c. literas. Si uerò admoneat tantùm, non inducet necessitatem admonitio. 14.q.1.c.non debet.

*nusquam extat.

REGVLA XVIII.

Licet ratione rescripti, quod aliàs non liceret.

PRO.

Ext.de accusat.c.qualiter,& quando.
Ext.de ætate,& qualitat.c.eam te.
Ext.de confir.uti.uel inuti.c.porrecta.
23.quæst.3.c.rescripta.
85.dist.c.Archidiaconum Florentinum.
C.de emancipat.l.nec auus.
C.de transac.l.causas uel lites.

CON

CONTRA.

Ext. de appell. c. pastoralis.
Ext. de fil. presbyt. c. ex tuarum.
Ext. de cog. spirit. c. 1.
Ext. de offic. deleg. c. ex parte. & c. sanè.
D. de leg. & constit. leg. non est nouum.
C. de condict. in deb. l. si tutor.

SOLVTIO.

Non ualet rescriptum cõtra nouum uel uetus testamentum impetratum: quia non potest minor in maiorẽ statuere. ut 21. dist. c. inferior. & 11. q. 3. c. qui resistit. licet Papa posset interpretari doctrinam legis, & Euangelij, & ampliare, & arctare interpretando. 28. q. 1. c. idololatria. Item contra ius commune impetratum non ualet: nisi tale sit, quod isti prosit, & nulli obsit, 25. q. 2. c. rescrip. uel dilationem moratoriam concedat. C. de preci. Imp. offe. l. quotiens. uel nisi exprimatur in eo, non obstante edicto tali, ar. ext. dę rescr. c. cęterum. & D. ne quid in loco publico. l. 1. §. si quis à principe.

REGVLA XIX.

Constitutiones tantùm extendi ad futura.

PRO.

C. de leg. & constit. l. leges.
Ext. de iuram. cal. l. fin.
Ext. de constit. c. cognoscentes. & c. ult.
32. q. 4. c. dixit Sara.

CONTRA.

Ext. de usur. c. cùm tu manifestos.
Ext. de elec. c. cùm in cunctis.
54. dist. c. ex antiquis.
C. de contrac. iud. l. unica. in fin.
C. de pact. pig. l. ult.

SOLVTIO.

Constitutiones ad præterita non extenduntur, nisi hoc dicatur in ijs.d.c.leges. Item nisi sint confirmatoriæ, uel reuocatoriæ præcedentis constitutionis.d.c.cùm tu manifestos.

REGVLA XX.

Fraus & dolus nemini debent patrocinari.

PRO.

Ext.de cogna.spirit.c.2.
Ext.de rescript.c.super literis.
Ext.de donat.c.inter dilectos.
Ext.de dol.& cont.c.ex liter.
Ext.de eo qui duxit in matr. c.propositum.
Ext.de appell.c.ex quorundam.& c.suggestum.
D.de dol.l.ne ex dolo.
D.de usucap.l.3.§.ult.
C.de repud.l.dubium non est.
Instit. de his qui sui iur. sunt, uel alieni.§. in potestate. ad finem.

CONTRA.

Ext.de appell.c.cùm sit Romana.
Ext.de dol.& cont.c.1.
Ext.de excep.c.cùm ecclesiastic.
D.de reg.iur.l.cùm par delictum.
D.de condict.sine causa.leg.auun.
D.de dol.l.1.§.non scit.
22.quæst.2.c.utilem.
22.quæst.4.c.ut pridem.

SOLVTIO.

Prima regula uera est: quia dolus nō debet alicui patrocinari, nec audit ille, qui turpitudinē suā allegat,

gat, uel dolū à se commissum. d. c. inter dilectos. Et si ei tradita sit res ex contractu dolo eius inito, reuocabitur per actionem de dolo. D. de dolo, per totū. & arg. extra. de re. permut. c. cum uniuersorū. hoc est uerum, si ille cum quo contraxit dolosus, particeps doli non fuit. Si enim fuisset doli particeps, tunc licet actori non prodesset dolus contra reum, prodesit tamen reo contra actorem, propter regulam, quæ dicit: Quod in pari causa turpitudinis potior est conditio rei. d. l. cùm par delictum. Et hoc est quod dici consueuit: prodest dolus resistenti. utputa, si iuuetur commodo possessionis, propter aliam regulam, quæ dicit: In pari causa turpitudinis, potior est, conditio possidentis. d. l. auunculo. Et ita intelligitur ext. de exceptione. c. cùm ecclesiasticæ. cum suis concordantijs. Quando dolus committitur extra contractum, sic agendum est, quòd dolosus non lucretur ex suo dolo. d. c. super literis.

REGVLA XXI.

Quòd puniendus est quis pro delicto alterius.

PRO.

6. q. 1. c. quæro §. uerum.
1. q. 4. * item peccato. & c. homini.
15. q. ult. c. cùm multæ.
20. q. ult. * c. cùm multi.
23. q. 5. c. cùm homo.
De consec. dist. 1. c. in sancta.
Ext. de elec. c. innotuit.
Ext. de off. deleg. c. sanè.
Ext. de spons. c. non est nobis.
Ext. de fil. presbyt. c. præsentium. in fin.
Ext. de hæret. c. uergentis.
D. de calumn. l. hæc actio.
D. de muner. & hon. l. qui originem. §. filius.

tex. impres. habet, c. ecclesia. §. item peccato.
* non ext.

CONTRA.

Ext. de his quæ fi. à maio. par. c. quæsiuit.
1. q. 4. c. nullus. & c. crimen.
56. dist. c. satis peruersum.
24. q. 2. §. si habes.
11. q. 3. c. illud planè.
2. q. 5. c. interrogatus.
D. de in ius uocan. l. adoptio. §. fin.
D. de ritu nup. l. generali.
D. de aliena. iud. mut. causa fac. l. 1.
C. de pœnis. l. sancimus.

SOLVTIO.

Nullus punitur æternaliter pro peccato alterius, d. c. nullus. sed temporaliter quãdoq; punitur quis uel propter enormitatem delicti, d. §. uerũ. uel propter terrorem, d. c. cùm multi.

REGVLA XXII.

Solennitates iuris posse remitti de consensu partium.

PRO.

Ext. de elec. c. cùm nobis.
Ext. de rest. spol. c. literas. & c. licet.
Ext. de testam. c. requisiuit.
D. de ferijs. l. 1.
Ext. de offic. deleg. c. gratum. & c. de causis.
C. de temp. & repar. app. l. ult. in fine.
C. de episcopis, & clericis. auth. generaliter in fine.

CONTRA.

Ext. de form. compe. c. si diligent.
Ext. de sent. excomm. c. contingit.
2. q. 7. c. alienus.
D. soi. matri. l. alia.

D. de

D. de postul. l. quos prohibet.
C. de iuram. cal. l. 2. §. sed quia.

SOLVTIO.

Partes possunt renũciare illis solennitatibus, quæ in eorum fauorem sunt introductæ. non autem illis, * quæ ob bonum publicum, & pro communi omnium utilitate, ut patet in contrarijs.

* Essentialia enim cõtractus iure publico introducta non sunt in contrahentium potestate. l. pacta cõuenta. de contrah. emp. et l. nemo potest. de leg. 1.

REGVLA XXIII.

Concesso principali, concedi & accessorium.

PRO.

Ext. de cler. coniug. c. quod te.
Ext. de fo. compe. c. si diligenti.
Ext. de don. inter uir. & ux. c. de prudentia.
Ext. de fid. instr. c. inter dilectos. in fin.
Ext. de off. deleg. c. præterea. & c. prudentiam in fin.
D. de iurisd. omn iud. l. 2.
D. de re iud. l. quidam.
D. de reg. iur. l. cùm principale.
D. de off. eius, cui man. est iurisd. l. fin.
C. de usur. l. eos.
C. de leg. & const. l. non dubium.

CONTRA.

Ext. de conuers. coniug. cap. quidam intrauit.
De pœnit. dist. 1. c. sicut primi.
25. dist. c. primum.
20. q. 3. c. constituit.
D. depositi. l. 1. & l. prædia.
D. de re iud. l. à Diuo.
D. de alimen. leg. l. alimenta.
D. de fundo instruct. leg. l. prædia.

* Additamẽta sequũtur ea, quibus

SOLVTIO.

Vbi * accessorium cõsistere potest sine principali, sunt pro concesso pria.

concesso principali, conceditur accessorium: sed nõ tolletur sublato principali. Si uerò tale esset quod non posset sine principali consistere, concesso principali, illud concedetur, & reuocato, reuocabitur, d.c. inter dilectos. In illo autem c. constituit, nõ erat principalis intentio inferendi bona, sed religionẽ suscipiendi, & ideo contradicit.

REGVLA XXIIII.

Res inter alios acta aliis non præiudicat.

PRO.

24.q.1.c.subdiaconus.
15.q.3.c.nemini.
2.q.5.c.interrogatum.
Ext.de offic.deleg.c.super eo.
Ext.de sent.& re iud.c.cùm super.
Ext.de transact.c.iuuenis.
Ext.de iud. c.at si clerici.
D.de lib.causa.l.si usumfructum.
D.quib.ex cauſ.maior.l.Lucius.
C.res inter al.act.per totum.
C.quibus res iud.non noc.l.res inter.

CONTRA.

Ext.de accusat.c.de his criminibus.
Ext.de sent.& re iud.c.cùm super.
Ext.de rapt.c.in literis.
Ext.de uerb.sig.c.abbate.
D.de libe.causa.l.diuus.
D.de liber.agn.l.si parens.
D.de inoff.test.l.Papinianus.§.fin.
D.de re iud.l.sæpe.
D.de præto.stip.l.2.in princ.

SOLVTIO.

Regulare est, quòd res inter alios acta aliis non præiudicat:

præiudicat: fallit tamen in casu, ubi ratione latæ sententiæ inter alios, res per executorem datur illi, pro quo lata est sententia, d.c. cùm super. Tunc enim tollitur possessio illi, contra quem non fuit lata sententia. In omnibus item casibus, in quibus ex sententia fit ius: utputa in causa liberali: quia ex quo quis pronunciatur liber, uel ingenuus, nullus de cætero poterit illum super libertate impetere. d. l. diuus. Itē in causa filiationis: quia ex quo quis pronunciatur filius alicuius esse, nullus de cætero poterit super hoc quæstionem mouere. d. l. si parens. Item in quæstione inofficiosi testamenti. d. l. Papinianus. Item in accusatione: quia semel absolutus non reaccusabitur, d.c. de his. Item in sententia lata pro consuetudine, d.c. abbate. Item si primum accusatio, uel defensio competit alicui, & tunc sustinet sequentem agere, fit ei præiudicium, & qui patitur eum, à quo causam habet, experiri. ext. de sent. & re iud. c. quamuis.

REGVLA XXV.

Res inter alios acta, alijs non prodest.

PRO.

Ext. de offic. deleg. c. quoniam abbas Leicest.
11. q. 6. c. ei qui appellat. §. definitiua.
C. quib. res iud. non noc. c. res inter.
C. de præscrip. 30. uel 40. an. l. ult.

CONTRA.

Ext. de elec. c. super eo.
Ext. de accusat. c. super his.
Ext. de uerb. sig. c. abbate.
6. q. 1. c. infames.
D. quemadmodum seruitut. amit. l. si communem.
D. si seruit. uind. l. loci. §. 2.

D. ad

D.ad l.Iul.de adult.l.denunciasse.
D.nautæ,cau.sta.l.fin.§.fin.
D.de inoffi.testament.l.posthumus.§.si quis.

SOLVTIO.

Primum est regulariter uerum, contrarię sunt exceptiones à regula.

REGVLA XXVI.

Vbi aliquorum præsentia exigitur, in eorum absentia nihil agi potest.

PRO.

58.dist.c.obeuntibus.
*manuscrip. * 22.q.2.c.animaduertendum.
24.q.3. Ext.de offi.deleg.c.causam matrimonij.
Ext.de elec.c.quod sicut.& c.uenerabilem.
D.de re iud.l.duo ex tribus.
D.de transac.l.cùm hi.§.si prætor.
D.ad l.Aquil.l.3.
C.de testam.l.si unus.

CONTRA.

15.q.7.c.felix.
64.dist.c.2.& penult.
Ext.de tempor.ord.c.si Archiepiscopus.
Ext.de elec.c. cùm inter.
Ext.qui matr.accus.poss.c.uidetur.
C.de repud.bon.poss.l.1.
C.de postul.l.uelamento.

SOLVTIO.

Præsentia alicuius desideratur duobus modis. Aut propter necessitatem, & tunc uera est prima regula: aut propter honestatem, & talis absentia nõ uitiat factũ, ut in contrarijs, & 32.q.2.c.honorantur.

REGV-

REGVLA XXVII.

Quod est licitum in genere, non est licitum in specie.

PRO.

Ext. de off. ord. c. si sacerdos.
8. q. 2. c. quod autem.
13. q. 2. c. non æstimemus.
D. de quæst. l. 1. §. qui quæstion.
D. de iniurijs. l. item apud. §. cui.

CONTRA.

Ext. de appell. c. inter cætera.
Ext. de rescrip. c. ad hæc.
Ext. de dol. & contu. c. ex literis.
D. si quis caut. l. sed & si. §. quæsitum.

SOLVTIO.

Quod licitū est in genere, & è cōuerso, nisi descen sus ad specialia occasionem mali inducat, ut patet per exēpla posita in prima parte Rubricæ. & C. quæ res pig. oblig. poss. l. 1.

REGVLA XXVIII.

Quòd licet transigere in spiri... alibus.

PRO.

53 dist. c. generalis.
Ext. de off. deleg. c. si quando.
Ext. de præben. c. n. si essent.
Ext. de transact. c. ueniens. & c. de cætero.

CONTRA.

Ext. de transact. c. super eo. & c. præterea. & c. cōtingit.
Ext. de pact. c. cùm pridem.

Ext. de

Ext. de simon. c. quærelam.
1. q. 2. c. quàm pio.
Ext. ut eccles. benefic. sine dimin. confe. c. unico.

SOLVTIO.

Transactio interuenire in spiritualibus nõ potest, sed amicabilis compositio, dict. c. super eo. Quod autem dicitur in d. c. de cętero. & d. c. si quando, factum respicit, non ius. Quod uerò d. c. de cætero, & d. c. nisi essent, dicitur: habet locum, ubi absq; partium pacto per iudices fit talis dispositio. Magister Laurentius dixit, quòd si agatur super re spirituali, tanquã super beneficio, habent locum præmissa: si uerò tanquam super proprietate, posset fieri transactio, ita quòd spirituale daretur pro spirituali, quia possunt in tali casu spiritualia permutari. extra, de rer. permutat. cap. ad quæstiones.

REGVLA XXIX.

Si præstem patrocinium petenti rem meam, facio mihi præiudicium.

PRO.

Ext. de transac. c. ex literis.
Ext. de his quæ fi. à maio. par. c. ex ore.
63. dist. c. cum Hadrianus.
D. de inoff. test. l. ult.

CONTRA.

Ext. de rer. permut. c. cum uniuersorum.
D. de rei uind. l. inter officium.
D. de re iud. l. sæpe.
D. de pig. act. l. Gaius.

SOLVTIO.

Distingue scientem & cõsentientem ab ignorãte, quia

quia ignorantia facti nulli nocet, D. de iur. & fact. ignor. l. error fact. nisi esset supina. D. de iur. & fact. ignor. l. regula. §. 1.

REGVLA XXX.

Vtilem simulationem permitti.

PRO.

D. *de dol. l.* 1.
Ext. de conuers. coniug. c. charissimis.
Ext. de his quæ ui met. c. perlatum.
De consec. dist. 2. *c. accesserunt.*
22. *q.* 2. *c.* * *utilitatem.*

* Text. habet, utilem.

CONTRA.

22. *q.* 2. *c. quotiens.*
27. *dist. c. quod interrogasti.*
Ext. de regula. & transs. c. uidua. & c. ut clerici.
Ext. de elec. c. cùm causam.
Ext. de donat. c. inter dilectos.

SOLVTIO.

Dolus, fraus, & simulatio æquiparantur, & sunt nomina actiua, ac nunquam permittuntur per canones, quia illicita sunt, & canon non permittit illicitum. 23. q. 4. c. qui peccant. Aliquando autẽ fraus seu simulatio uocatur quædam astutia in deuitãdo periculo. d. c. perlatum. uel in redigendo alio in angustias, ut satisfaciat, d. c. utilitatem.

REGVLA XXXI.

Ad consequentiam esse trahendum quod aliquibus præcipitur, aut indulgetur.

PRO.

Ext. de iur. cal. c. inhærentes.

23.dist.c.in nomine domin.
22.q.1.§.his itaq;.
26.q.1.c.non exemplo.
16.q.1.c.hinc est.& c.prædicatur.
Inst.de iur.nat.§.planè.
C.de fideicom.liberta.l.penult.
D.de iur.& fac.ign.l.reg.§.fi.

CONTRA.

50.dist.c.purgabis.
51.dist.c.miramur.
6.dist.c.ad* eius uerò.
Ext.de sen.& re iud.c.in causis.
D.de leg.& const.l.iura.

*Nusquam apparet in edito iure Pontificio.

SOLVTIO.

Ius commune porrectum omnes contingit iuxta illud, Quod uni dico, omnibus dico. Si aũt aliquid alicui contra ius commune concedatur, personam eius non excedit, ut in contrarijs.

REGVLA XXXII.

Quòd delictum prælati non redundat in damnum ecclesiæ.

PRO.

16.q.5.c.si episcopum.
Ext. de depositio.c.grauis.
Ext.de rest.spol.c.requisiuit.
Ext.de iura.cal.c.in pertractandis.
Ext.de donat.c.fraternitatem.

CONTRA.

Ext.de arbitris.c.dilecti.
Ext.de donat.c.inter dilectos.

26.q.2.

26.q.2.c.ita nos.
C.de sacrof.eccleſ.l.iubemus.

SOLVTIO.

Delictum quod conſiſtit in omittendo, redundat in damnum eccleſiæ: puta, ſi omittat interrumpere præſcriptionem. Delictum uerò quod conſiſtit in faciendo: puta, ſi occidit hominem, uel ſimile quid fecerit, non redundat: niſi fortè uniuerſitas tota deliquerit. d. c. ita nos. & d. l. iubemus. uel niſi ageretur pro uniuerſitate, & conſtitueretur aliquid pro uniuerſitate.

REGVLA XXXIII.

Iudicem non poſſe recuſari ſine cauſa.

PRO.

Ext.de his quæ fi.à maio. par.c.1.
Ext.de eo qui mit.in poſſ.c.cùm ſicut.
Ext.de app.c.poſtremo.& c.ſecundo requiris.

CONTRA.

Ext.de elec.c.quia diligentia.
Ext.de app.c. ſuper eo.& c.ſecundo requiris.
2.q.5.c.quia ſuſpecti.§.fin.
C.quando Imp.inter pup.& uid.l.1.§.fin.
C.ſi quacunq; præd.pot.l.1.
C.de iud.l.apertiſſimi.& Auth.ſi uerò contigerit.
D.ad municip.l.2.
D.de lega.2.l.ſi quando.

SOLVTIO.

Vbi remouetur appellatio, nõ admittitur recuſatio: niſi interponatur à manifeſto grauamine, & ita reijcitur: ſicut remota appellatione non admittitur appellatio: niſi cauſa ſubſit, & aſsignet, & probetur.

d.c.secũdo requiris.quia remota appellatione,recusatio intelligitur remota, d. c. super eo. aliter non est necesse causam appellationis assignare, d. c. secũdo requiris.§.fi. Sed certè causa recusationis semper hodie est admittenda.ext. de app.c.cum speciali.

REGVLA XXXIIII.

Procedendum esse absque personarum acceptione.

PRO.

Ext.de iudic.c.nouit.
Ext.de constit.c.cùm omnes.
Ext. de mutuis pet.c.ex liter.& c.seq.
11.q.3.c.si quis presbyter.
1.q.ult.§.hinc Petrus.

CONTRA.

Ext.de off.ord.c.pastoralis.
2.q.ult.c.quisquis.
8.q.1.c illud inferendum.
40.dist.c.homo Christianus.
24.q.1.c.qui contra pacem.
D. de pœnis,leg.maiorem.& l.quædam.

SOLVTIO.

Quantum ad definitiuam sententiam,non est acceptio personarum habenda: imò ita iudicãdus est magnus,ut paruus.d.c.nouit.In processu autem negocij, & in personarum executione poterit certa ratione personarum acceptio habere locum.d.c.quisquis.

REGV-

REGVLA XXXV.

Fruſtra petit debitum, qui quod debet, non impendit.

PRO.

Ext. de uſur. c. fruſtra.
Ext. de app. c. an ſit.
Ext. de relig. dom. c. conſtitutus.
Ext. de iura. cal. c. peruenit.
Ext. de mut. pet. c. 1. & 2.
Ext. de adult. & ſtup. c. intelleximus.
95. diſt. c. eſto ſubiectus.
35. quæſt. 6. c. nihil.
C. de tranſact. l. ſi quis maior.
D. de compenſ. per totum.

CONTRA.

33. q. 1. c. noli.
33. q. 5. c. quod Deo.
Ext. de reſt. ſpol. c. in literis.
Ext. de iureiuran. c. debitores. & c. tua.
Ext. de diuort. c. ſignificaſti.
D. de furt. l. qui uas. §. ſi ego.

SOLVTIO.

Non præſtãs uel ſoluens debitũ, ſi petat id quod ſibi debetur, repelletur oppoſita compenſatione, ſi debitum ſit liquidum. C. de compenſat. l. fin. Idem eſt in dolo, qui actione de dolo tenetur, non aget de dolo, l. ſi duo. D. de dolo. ſi in eadem re dolus commiſſus ſit: ſi autem in diuerſis, ſecus, d. c. in literis. Idẽ in criminibus. d. c. intelleximus. & d. c. ſignificaſti. Sed contingit etiam contrà propter fauorem matrimonij.

REGVLA XXXVI.

Celeritatem esse amplectendam.

PRO.

2.q.1.c.sicut.
5.dist.c.baptizari.
Ext.de sent.& re.iud.c.iurgantium.

CONTRA.

50.dist.c.* ponderet.
28.dist.c.1.
30.dist.c.communis.
27.q.1.c.si homo esses.
30.q.5.* c. iudicantem.
11.q.3.c.cùm apud.& c.illa.
D.de nouat.l.doli.in fin.

* Celeritas actus inducit suspicionem fraudis, l. si uentri.§. si.et ibi Bar. de priuile. cred.

* in manuscript.31. q.4.

SOLVTIO.

Festinandum est, ne quid tardius iusto fiat. 27.q. 2.c.qui oblationes. Vbi autem canon uel lex dat dilationem, non debet dici mora, sed potius tempus debitum, rebus talibus ascriptum, D. de iudic. l. si debitori.

REGVLA XXXVII.

Ei subeundam esse talionem, qui inscribit.

PRO.

Ext.de simon.c.licet Heli.
Ext.de accusa.c.super his.
2.q.3.c.calumniator.
2.q.8.c.quisquis.
C.de accusat.l.ult.

CONTRA.

4.q.3.§.aliquando.

15.q.3.

15.q.3.c. de crimine.
33.q.3.c. hæc imago.
Ext. de accusat. c. super his.
D. de accusat. l. leuia.
D. de his quibus ut indig. l. tut.
C. de abig. l. una.
C. de accusat. l. 2.
C. de fal. mon. l. 2.
C. de sepul. uiol. l. fin.
C. de Iudæis. l. ne quis.
C. de pact. l. apostatarum.

SOLVTIO.

Regulare est, quòd inscribendum sit sub pœna talionis, ubi accusatio instituitur, secundum quosdam. fallit tamen in contrarijs. Nempe in crimine abigeatus: & in ijs casibus, in quibus mulieri conceditur accusare non exacta subscriptione. C. qui accusar. non poss. l. de crimine. & l. qui crimen. & c. de calum. l. 2.

REGVLA XXXVIII.

Spoliatum ante litis ingressum esse restituendum.

PRO.

3.q.1. per totum.
Ext. de ord. cognit. c. cùm dilectus.
Ext. de rest. spol. licet. & c. ex conquæstione.
D. commodat. l. ita.
D. de ui pu. l. quæ recusat.

CONTRA.

Ext. de rest. spol. c. literas. & c. ex transmissa. & c. accepta.
Ext. de ord. cog. c. intelleximus.
Ext. de diuort. c. significasti

2.q.1.c.in primis.
C.de donat.inter uir.& ux.leg.si maritus.

SOLVTIO.

Regulare est, quòd spoliatus ante litis ingressum principaliter sit restituendus, si tantùm probet se esse spoliatum, & possedisse eo tempore, quo spoliabatur, ext.de off.deleg.c.consultat. fallit tamen hoc, ubi petenti restitutionem uxoris, opponitur consanguinitas: quia fit restitutio quantum ad familiam, & non quantum ad thorum, si probationes sint paratæ.d.c. intelleximus. Et fallit, ubi uxor repulsa adulteratur, d.c.significasti. Item, ubi uir qui petit restitutionem, est suspectus, d. c. ex transmissa. Item, ubi renunciauit quis postea rei ablatæ uoluntariè, d. c. accepta. Item, ubi scandalum timetur, d. c. in primis. Item, ubi simul agitur super possessione, & in proprietate: quia lata sententia prævalet proprietas in executione.ext. de caus.pos.& propriet.c. cùm dilectus.

REGVLA XXXIX.

Proniora sunt iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum.

PRO.

35.q.9.c.loci.
De pœnit.dist.7.c.baptizari.
50.dist.c.postquam.& c.absit.
23.q.4.c.est iniusta.& c.duo.
Ext.de elect.c.Osius Episcop.
Ext.de spon.& mat.c.ueniens.
Ext.de sortileg.c.ex duabus.
D. de off.præsid.l.obseruare.
D.de rei uind.l.officium.

CON-

CONTRA.

Ext. de probation. c. ex literis.
Ext. de reg. iur. c. estote.
Ext. de fi. instr. c. inter dilectos.
Ext. de caus. pos. & proprie. c. 3.
27. q. 7. c. ipsa pietas.
25. q. ult. c. alligatum.
D. de pœn. l. respiciendum.
D. de act. & oblig. l. Arrianus.

SOLVTIO.

Regula præmissa uera est, ubi pares sunt probationes. tunc enim potior est rei conditio, præterquã in causa liberali, d. c. ex liter. Et in causa inofficiosi testamenti, D. de inoff. test. l. si pars iudicant. ubi indistinctè tenet sententia lata pro testamẽto: nisi sint pares iudices, & diuersas ferant sententias. Et idem dicendũ est in matrimonio: quia res fauorabilis est, ext. q mat. accus. pos. c. uid. ideoq; siue iudices discordant, siue testes, potior est pars illa, quæ stat pro matrimonio. Vbi autem actor probat intentionẽ suam, & reus nihil probat cõtrà, constat uincere actorem, eumq; potiorem haberi. d. l. officium. In alijs uerò contrarijs ideo dixi duriorem inueniri conditionẽ rei, quia ex specie facti præsumitur aduersus eum, uel propter periculũ animæ certior pars capitur. d. c. Osius. & c. d. baptizari. Illud tamen obserua, quòd duobus iudicibus ordinarijs diuersa iudicantibus, tenet sententia pro reo, & nõ pro actore: nisi in quatuor casibus, dote, libertate, testamẽto, matrimonio. Si uerò sint iudices delegati, consulitur superior: si arbitri, neutrius tenet sententia. ext. de sentent. & re iud. c. ult.

REGVLA XL.

Vnum duarum personarum uicem sustinere non posse.

PRO.

4.q.4.c.1.
16.q.1.c.presbyteros.
89.dist.c singuli.
Ext.de testibus.c.insuper.
Ext.de præbend.c.quia in tantum.
D.de pac.l.si plures.
C.de assess.l.nemo.

CONTRA.

Ext.de proba.c.ex literis.
Ext.de elect.c.in causis.
21.q.2.c.relatio.
30.q.1.c.ad limina.
10.q.3.c.unio.
D.de adopt.l.si consul.
D.quod cuiusq; uniuers.l.item eorum.

SOLVTIO.

In his quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis, interdũ gerit quis uices plurium personarum, d.l. si cõsul. & in his, quæ extra iudicia geruntur, iure priuatarum personarum: nisi ratione unius iurisdictionis gerat quis uices plurium personarum, d.c.in causis. In iurisdictione autem contentiosa, non potest quis uicem plurium personarum gerere. 3. q. 4.c.1.& 2. Et multo minus in officijs ac beneficijs ecclesiasticis, d. c.quia in tantum. quia nemo pro uno homine uix condignum, ne dum nimium boni præstare potest: & quia negociationis, & turpis lucri maculam habet. 21.q.1.c. 2. Item in alijs casibus in iure hoc exprimentibus.

RE-

REGVLA XLI.

Qui occasionem dat damni, damnum dedisse uidetur.

PRO.

Ext. de homicidio. c. de cætero.
Ext. de testibus. c. sicut.
86. dist. c. pasce.
1. q. 1. c. placuit. & c. unusquisq.
33. q. 5. c. de occidendis.
50. dist. c. studeat. & c. hi qui. & c. sæpe.
27. q. 2. c. si tu abstines.
D. ad l. Aquil. l. qui occidit.
D. ad l. Cor. de sica. l. nihil interest.
D. ui bon. rap. l. penult. §. si quis. in fin.

CONTRA.

Ext. de conces. præbend. c. quia diuersitatem.
Ext. de diuort. c. significasti.
33. q. 5. de occidendis.
D. de seruo corrup. l. Neratius.
D. de fur. l. uerum.
D. de act. emp. l. si sterilis. §. cùm per uenditorem.

SOLVTIO.

In præmissa regula supplendum est, Qui occasionem damni dat cum culpa. Et sic soluitur c. illud, de occidendis. Item is, qui occasionem damni dat cum culpa, uidetur dedisse damnum, si dedit occasionē proximam: secus si remotam, d. l. Neratius. Quando autem aliquis dat occasionem mortis: quantum ad inductionem irregularitatis, distinguitur. quia si dabat operam rei illicitæ, imputatur ei: si uerò rei licitæ, & adhibuit diligentiam quam debuit, non imputatur ei, ext. de homic. c. ex literis. & c. tua nos. & c. ult. Dicta autem lex, si sterilis, loquitur in contractibus, & non in delictis.

REGV.

REGVLA XLII.

De se confesso non creditur super crimine alterius.

PRO.

C.de accusat.l.ult.
Ext.de testib.c.ueniens.
Ext.de adult.& stup.c.significasti.
2.q.5.c.interrogatum.
15.q.3.c.nemini.
4.q.3.c.placuit.§.item in crim.
D.de quæst.l.maritus.

CONTRA.

Ext.de testib.c.quoniam.
C.de ferijs.l.prouinciarum.
C.de fal.mo.l.1.
C.de malef.& mathem.l.fi.
D.de custod.& exhib.reo.leg.Diuus.

SOLVTIO.

Prima regula obtinet regulariter. Contraria sunt specialia. Vel non creditur alicui de se cõfesso super alieno crimine, quantum ad certam fidem faciendã, sed qualem qualem coniecturam inducere.

REGVLA XLIII.

Testimonium unius non ualere.

PRO.

Ext.de testib.c.ueniens.
D.de quæst.l.maritus.
23.q.2.c.admonere.
4.q.3.c.placuit.§.item in criminali.

CONTRA.

Ext.de testib.cog.c.præterea.
Ext.de procur.c.ex insinuation.

1.q.ult.

1.q.ult.c.didicimus.
8.q.3.c.talia.
C.ad l.Cornel.de fal.l.si quis decurio.
D.de dot.præleg.l.Theopompus.

SOLVTIO.

Vni fides extra iudicium adhibetur absque preiudicio alterius. In iudicio autem non creditur uni: quia ibi fieret præiudiciū illi, contra quem testificatur. Tamen propter dictū unius poterit spectata cauſę qualitate ſacramentū deferri. d.c.ex inſinuatione. In caſibus etiam ſpecialibus, præcipuè in iſs, quæ in nullius detrimentum, & producentis conſeruationem uergunt, & quæ non ſolent niſi ab uno uideri, aut quæ aliàs aliter expediri nō ualent, & res eſt modici præiudicij, creditur unius teſtimonio, d.c. præterea. & d.l.ſi quis decurio. & d.l.Theopompus. Item ſi dubitatur de aliquo inſtrumento, creditur tabellioni, ſi dicat à ſe conſcriptum inſtrumentum.

REGVLA XLIIII.

Quemlibet de uniuerſitate admitti in teſtimonium pro ea.

PRO.

14.q.2.c.ſuper prudentia.
12.q.2.c.qui manumittitur.
D.de rer.diuiſ.l.in tantum.§.1.
Inſt.de leg.§.legatarius.

CONTRA.

2.q.6.§.biduum.
4.q.3.§.nullus idoneus.
C.de teſtib.l.omnibus.
D.de teſtib.l.idonei.

SOLVTIO.

Qui in cauſa uniuerſitatis * fert teſtimonium, pro nullo

* Vide Cyn. in l.parētes, in ult.q.C.de teſtibus.

nullo de uniuersitate hoc fert. ergo nec pro se, quam uis pars sit uniuersitatis, D. ad l. Iuliã maiest. l. quisquis. Et hoc uerum est, maximè in his, quæ aguntur secretò in uniuersitate, nec possunt per alios extraneos probari. ext. de probat. c. tertio loco. Nam ea, quæ fiunt in domo, probantur & per domesticos. C. de adminis. tutor. l. lex quæ tutores. §. ante. & C. de repud. l. consensu. §. super. Si uerò commodum, uel incommodum singulorum de collegio respiciat, non est is testis admittendus. d. c. nullus idoneus. & d. l. omnibus.

REGVLA XLV.

Testes non esse cogendos.

PRO.

Ext. de testib. cogend. c. super eo.
10. q. 2. c. precariæ.
2. q. 1. c. si peccauerit.
2. q. 7. c. statuendum. in fin.
22. q. 2. c. ne quis. in fin.

CONTRA.

Ext. de testib. cog. c. 1. 2. & penult.
Ext. de crimine fal. c. falsidicus.
Ext. de testib. c. intimauit.
23. q. 2. c. 1. & c. quanquam.
11. q. 3. c. quisquis.
D. de testibus. l. 1.

SOLVTIO.

Variæ sunt sententiæ circa hanc materiam. Hoc tamen inter cætera est tenendũ, quòd si ueritas per alios non possit aperiri, cõpelluntur & clerici perferre testimoniũ, ne ueritas occultet. Et eo, qui uult producere testes, dicente per alios ueritatem liquere nõ posse, is qui dixerit oppositũ, tenetur probare suam affirmatiuã. ext. de elec. c. bonæ. & 6. q. ult. accusator.

RE-

REGVLA XLVI.

Exemplum instrumenti non exemplatum non ualere.

PRO.

Ext. de fid. instr. c. si scripturam.
C. de diuers. rescr. l. sancimus.
C. de eden. l. si quis in aliquo.

CONTRA.

Ext. de priuileg. c. cùm olim.
C. de testam. l. publicati.
C. de iur. emph. l. ult. 1. respon.
D. de adminis. tut. l. chirographis.
In Auth. ut frat. filij. §. illud.

SOLVTIO.

Non ualet exemplum ad probationem, nisi exemplatum in actis, ut est expressum ext. de fide instrumentorum. c. ult.

REGVLA XLVII.

Taciturnitatem habendam pro consensu.

PRO.

54. dist. c. si seruus sciente.
28. dist. c. diaconi.
Ext. de præsumpt. c. nónne.
Ext. de frigi. & malef. c. accepisti.
D. de re iud. l. sæpe.
D. de cuic. l. quidam.
D. de don. inter uir. & uxo. l. si seruus communis.
D. manda. l. si remunerandi. §. si passus. & l. qui patitur.
D. rem ra. habe. l. non tantum.
C. de condi. indeb. l. indebitum.

CONTRA.

D. de furt. l. qui nascitur. §. necare. & l. ult.

D. de

D. *de procur. l. uel in operis.*
D. *quib. mo. pig. uel. hipo. fol. l. ſicut re corporali. §. non uidetur.*
Ext. *de præſcript. c. nihil prodeſt.*
8 6. *diſt. c. tanta nequitia.*
De *conſec. diſt. 4. c. cùm pro paruulis.*

SOLVTIO.

Tacere medium eſt inter expreſſam contradictionem, & conſenſum apertum. Vnde qui tacet, non fatetur, ſed nec contradicit, D. de reg. l. qui tacet. Quandoque tamen propter fauorem habet ſe ad conſenſum. d. c. ſi ſeruus. quandoque ad contradictionem propter odium. d. l. uel in operis. præiudicatur tamen tacenti ſuper indicia, ſi patiatur ſuſcipi iudicii ſuper ea re, cuius defenſio pertinet ad eum uel principaliter, uel ſecundariò. d. l. ſæpe. & ext. de ſentent. & re iud. c. quamuis. Quamuis & aliter præiudicatur ei, ſua contradictione poſſet impedire facientem aliquid in præiudicium ſuum ſine fraude. Si autem faciens in fraude uerſaretur, ſecus eſt, d. l. qui naſcitur. §. necare. quia non nocet tacenti. Si autem non poſſet impedire facientem contradicendo, etiam ſi non uerſetur in fraude faciens, tamen non fit præiudicium tacenti. Si tacente aliquo, rem eius uendam, non nocet, & ſi non contradicat: quia uendere poſſum, quantum ad mei præiudicium, etiamſi contradiceret. D. de contrah. emp. l. rem alienam. Non ita ſi donem: quia res aliena non poteſt donari. D. de dona. l. in ædibus.

REGVLA XLVIII.

Quod de uno negatur, de altero non negato conceditur.

PRO.

Ext. *de præſump. c. non ne.*

15.q.3.c.ex eo.
27.q.2.c.lex diuinæ.
Dist.25.c.qualis hinc quisq.
D.de procurat.l.mutus.§.1.

CONTRA.

Ext.de translat.episc.c.inter corporalia.
24.q.2.c.sanè.
23.q.4.c.fortè.
22.q.4.c.mulier si fide.
32.dist.c.hospitiolum.
45.dist.c.disciplina.
D.de procur.l.Pomponius.§.1.

SOLVTIO.

Regulæ istæ habent locum in immediatè contrarijs: quia si unum contrariorum immediatè est bonum, reliquum est malum.d.c. hospitiolum: dummodo illa cõtraria sint species diuersorum generũ, ut sunt uirtus, & uitium, uel ubi sunt uitia tantum, ut auaritia, prodigalitas, & c. Secus in uirtutibus. At si sunt eiusdem generis, ut nubere, & nõ nubere, sunt quidem cõtraria opposita, sed sunt species eiusdem generis, & utrumque est bonum. 28.q.1.c. sic enim. Vnde minimè sequitur, quòd si concedatur nubere, inde intelligi prohibitum aliàs, ne nubatur: quia unum connexorum non intelligitur diuersum à reliquo. Vnde quicquid dicitur de uno connexorum, & de reliquo dictum intelligitur. ext. de constit. c. translato. Et idem in similibus. ext. de rescript. c. inter cæteras. in fin.

REGVLA XLIX.

Præsumptionem iuris admittere probationem in contrarium.

PRO.

6.q.1.*in præsentium.*

35.q.2.& 3.c.extraordinaria.
Ext.de renunciat.super re.& c.in præsentia.
Ext.de præsump.c.quia uerisim.
Ext.de rest.spo.c.audita.& c.1.
C.de negoc.gest.l.alimenta.
C.de don.inter uirum,& uxor.l.etiamsi.
D.quod met.caus.l.non est uerisi.

CONTRA.

Ext.qui mat.accus.pos.c.insup.
Ext.de relig.& transeunt.ad relig.c.uidua.
Ext.de condit.appo.c.per tuas.
37.q.1.c.uiduas autem.
C.ad Macedon.l.ult.in fi.
C.de rei uxo.ac.l.una.
D.de adopt.l.his uerbis.

SOLVTIO.

Vbi ius super certo facto fingit aliter, quàm ueritas in se habet:ut si aliquis reuertat̃ ex captiuitate, fingit ius ipsum non fuisse in captiuitate, uide Institut.quibus mod.ius pat.potest.sol.§.ab hostibus.in huiusmodi casu non admittitur probatio in contrarium.Si uerò præsumit super facto incerto, admittitur probatio in contrarium,d.c.quia uerisimile. nisi expresse aliud in iure reperiatur cautum. Tũc enim non admittitur,C. ad Macedon.l.fin.& d.c. insuper. nisi ipsum ius dixerit talem probationem in contrariũ esse admittendã,d.l.alimenta. In summa,semper admittit̃ probatio in contrariũ:nisi in casib.specialibus,ubi ius dicit probationẽ nõ admitti, d.c. uidua.

REGVLA L.

Id solum computari in fructibus,quod deductis expensis supereſt.

PRO.

Ext.de usur.c.plures.

Ext.

Ext. de iureiur. c. ad nostram.
12. q. 2. c. uobis enim & fam.
D. famil. ercis. l. fundus.
D. de pet. hær. l. si à patr. §. ult.
C. de fruct. & lit. expen. l. 1.

CONTRA.

Ext. de decim. c. cũ homines. & c. non est. & c. pastoralis.

SOLVTIO.

Deducuntur sumptus ex fructibus in personali actione, D. solut. matrim. l. fructus. Similiter in actiõe reali, C. de fruc. & lit. expen. l. 1. & 2. & in mixta, d. l. si à patre. fallit autẽ in decimis prædialibus, cùm dominus eas in signum uniuersalis dominij retinuerit, ext. de decim. c. cùm non sit. In personalibus tamẽ decimis, puta in mercibus emptis de pecunia decimata locũ habet, quod hîc dicitur, d. c. pastoralis.

REGVLA LI.

Fidem non seruanti, fides seruanda non est.

PRO.

Ext. de mut. petit. c. 1.
Ext. de iureiur. c. peruenit.
Ext. de diuort. c. significasti.
Ext. de adult. c. intelleximus.
Ext. de relig. dom. c. constitutus.
95. dist. c. esto subiectus.
32. q. 6. c. nihil iniquius.
C. de transac. c. si quis maior.

CONTRA.

23. q. 1. c. noli.
22. q. 4. c. innocens.
33. q. 5. c. quod Deo.
10. q. 2. §. hoc ius porrectum. & §. quod uerò res.

SOLVTIO.

Fidem non seruanti non est fides seruanda, si pa fidem illam taliter præstitam fuerint obligati, quod ab illa obligatione consensu utriusq; possint recede re tacitè, uel expressè, ut in contractibus fieri consue uit. Si autem obligatio fuerit talis, quòd etiam cum uoluntate eorum qui fidem dederint, dissolui non potest, quamuis alter nõ seruet fidẽ, nõ tamen ideo residuus exonerat̃ ab obligatiõe. d. c. quod Deo.

REGVLA LII.

Quòd dignitas delinquentis peccatum auget.

PRO.

50. dist. c. quia sanctitas.
40. dist. c. homo Christianus.
25. q. 1. c. nulli fas sit.
32. q. 5. c. qui uiderit.
11. q. 3. c. præcipuè.
Ext. de iureiur. c. cum quidam.
D. de re milit. l. omne delictum. §. augetur.

CONTRA.

Ext. 1. q. 1. c. quicquid.
1. q. 3. c. saluator.
24. q. 1. c. qui contra pacem.
D. de pœnis. l. maiores.
C. ut nemo priua. tit. su. pos. l. 2.

SOLVTIO.

In quantitate contemptus metitur Deus quantitatem delicti, tantumq; fruitur iustus, quantũ amat, 6. q. 1. c. quæro ergo. similiter tantum peccat quis, quantum contemnit. Quanto uerò quis est maior, tanto magis contemnere præsumitur. Et sic intelligitur prima Rubrica. Pœna uerò pecuniaria, uel spiritualis

ritualis maior imponitur nobili, quàm ignobili, C. de iudi. l. properandũ. §. sin autem utraque. sed corporalis maior imponitur ignobili. Inst. de publ. iudic. §. lex Corn. Arg. contra 35. dist. c. ante omnia.

REGVLA LIII.

Nulla pestis efficacior, quàm familiaris inimicus.

PRO.

C. de donat. l. lata iam.
Ext. de rescrip. c. nihil prodest.
Ext. de hæret. c. cùm ex inimico.
12. q. 1. c. certè ego sum.
93. dist. c. si inimicus.
13. q. 2. c. quibus.

CONTRA.

32. q. 4. c. nemo.
26. q. 6. c. ult.
Ext. de renunc. c. cùm iampridem.

SOLVTIO.

Prima regula uera est, nec fallit. Nam non est deterior hostis, quàm familiaris inimicus: & nihil erit, neque est asperius, quàm simulatus amor. quia hostis incognitus, si est familiaris, non potest caueri: à manifesto hoste faciliùs cauetur. Vnde dicitur, lacula præuisa minus feriunt: exorbitantia non tangunt punctum.

REGVLA LIIII.

Vacantem ecclesiam conueniri non posse.

PRO.

Ext. ne sed. uacan. c. 1.
Ext. de elect. c. auditis.
Ext. de præscrip. c. de quarta.

12.q.2.c.si qua de rebus.& c.precariæ.

CONTRA.

12.q.2.c.uobis enim & famæ.
D.de minor.l.ait prætor.§.1.
D.de tutel.l.3.§.1.
Inst.de curato.§.inuitum.
D.quib. ex cauſ. in poſſ. l. hæc autem locum. & l. Fulcinius. §. adeò.

SOLVTIO.

Præſcriptio ceſſat uacante eccleſia:& continuatur tempus præſcriptionis, quod cœpit currere in uita prioris prælati, ſubducto de medio tempore uacationis eccleſiæ,d.c.auditis. Poterit nihilominus medio tempore rem alterius preſcribere,ne torqueatur in eius læſionem,quod introductum eſt in fauorem ipſius.C.de legibus & conſt.l.quod fauore. Sed conueniri poterit,& neceſſe habebit reſpondere,& petere curatorem, ſiue actorē, ſicut fit in minore.Inſt.de curat.§. inuitum. Eccleſia enim utitur iure minoris. ext.de in integ.reſtit.c.requiſiuit.

REGVLA LV.

Secundum canones actionem non eſſe exprimendam.

PRO.

Ext.de iudic.c.dilecti ſibi.
Ext.de dol.& contuma.c.1.
Ext.de except.c.paſtoralis.

CONTRA.

Ext.de depoſ.c.grauis.
Ext.de iud.c.examinata.
Ext.de mut.pet.c.ex literis.
11.q.1. c.relatum.
D.de admi.tut.c.quotiens.§.item ſi perſonali.

SOLV-

SOLVTIO.

De iure canonico nullum dicimus esse cõpellendum edere actionem. Si tamen uoluntariè edat, repetẽda est. d. c. examinata. Et idem est in interdictis. ext. de restit. spol. c. cùm ad sedem. In contrarijs autẽ causa exprimẽda est, ex qua nascitur actio petendi, quod debetur petenti. Instit. de actionib. in princ. sal tem enim actionem scilicet, causam petendi debemus exprimere, non autem nomen actionis. Vt, Peto à te hoc, uel illud, actione ex empto. sed ita, Peto à te hoc, uel illud, quia uendidisti mihi.

REGVLA LVI.

Quòd inducię sunt arbitrariæ.

PRO.

D. *de iudic. l. nonnunquam.*
C. *de dilat. l. siue pars.*
5. q. 3. c. *si ægrotans.*
Ext. *de appel. c. cùm sit Romana.*
Ext. *de sent. & re iud. c. quod ad consultationem.*

CONTRA.

D. *de re iudic. l. si se non obtulit. §. si quis condemnatus.*
C. *de dilatio. l. 1.*
In Aut. *const. quæ de dignit. §. sedet illud.*
3. q. 3. §. *spacium.*
28. dist. c. *de his.*
Ext. *de offi. deleg. c. de causis.*

SOLVTIO.

Omnes inducię, quæ iudicis officio concedun tur, possunt moderari, sed non illæ, quæ præter iudicis officium iure tribuuntur, ut est tempus deputatum ad appellandum, ut tempus ad petendum restitutionem in integrum. Quando autem iudex ab-

breuiat tempus præfixum à lege, ex causa debet hoc facere. Si autem sine iusta causa hoc faceret, & pars quæ grauatur per assignationem illius termini, contradiceret ei illud quod iudex subtraxit de legitimo tempore, supplebitur per legem. d. §. si quis condemnatus. Si autem pars quæ grauatur, non contradixerit, intelligitur acquieuisse, & iuris beneficiū contempsisse, d. c. quod ad consultationem.

REGVLA LVII.

Vindicari delicta etiam admonitione non præcedente.

PRO.

11. q. 1. c. *Statuimus.*
28. q. 1. c. *si custos.*
17. q. 4. c. *si quis suadente.*
Ext. *de app. c. cùm sit* Romana. *& c. reprehensibilis.*
Ext. *de simo. c. licet* Heli.

CONTRA.

Ext. *de sen. excomm. c. sacro.*
11. q. 2. c. *indigne.*
2. q. 7. c. *si quis erga.*
16. q. 7. c. *omnes decimæ.*

SOLVTIO.

Semper admonitio præcedere debet uindictam inferendam à iudice, etiam in notorijs criminibus, d. c. sacro. A' iure uerò bene infertur pœna absq; admonitione. d. c. si quis suadente.

REGVLA LVIII.

Currere tempus à tempore scientiæ, & potentiæ.

PRO.

D. *de calumniat. l. annus.*
D. *de ædil. edic. l. cùm sex.*

Ext.

Ext. de appel. c. ex ratione. & c. super eo.
2. q. 6. c. biduum. §. si aduersus.
C. de ædil. act. l. cùm proponas.

CONTRA.

Ext. de præscrip. c. uigilanti.
C. de long. temp. præscrip. l. ult.
C. de annal. except. l. 1.
D. de his qui not. infa. l. genero.
D. de serui. rustic. præd. l. & Atilicinus.
D. quemadmodum serui. amit. l. si locus.

SOLVTIO.

Nota quòd tempus aliud sit utile, aliud continuum. Vtile non currit nisi ei, qui habet copiam experiundi, agendiue, D. de diuer. tempo. præscrip. l. 1. In quo casu currit tempus à tempore scientiæ: quia nō uidetur habuisse potestatem agendi, qui ignorauit, D. de ædili. edict. l, cum sex. Tempus autē continuū est, in quo dies feriati, & non feriati currunt. Et hoc tempus cedit ignoranti. d. l. generato. & habet locū in usucapionibus, & præscriptionibus, nisi minor ætas aliud inducat. C. quibus ex causis in integ. rest. non est nec. l. fi. uel patria potestas. C. de anna. excep. l. 1. uel alia, quæ in casibus à iure notatis præscriptionem impediunt.

REGVLA LIX.

Determinatio præmissa in sequenti clausula non repetitur.

PRO.

Ext. de donat. c. cùm dilecti filij.
D. de fideicommiss. liberta. l. ult.
D. de uerbo. sig. l. si cùm fundum.

D.de uerb.oblig.l.doli clausula.
D.qui ex causa ma.l.sed & si §.deinde.

CONTRA.

Ext.de app.c.secundo requiris.
32.q.7.c.apostolus.
Inst.ad l. Aquil.§.hoc autem.
Inst.de uulg.& pup.substit.§.si disparibus.
D.de legat.1.l.seruus plurium.§.ult.

SOLVTIO.

Vbi articuli coniunctim collocantur in rescripto, & sic inuenitur determinatio posita in præcedentibus, repetita intelligitur in subsequẽtibus. d.c.secundo requiris. Secus erit, si diuisim.

REGVLA LX.

Auctoritatem principis, uel regis excusare.

PRO.

Ext.de app.c.cùm parati.
12.q.2.c.de rebus.
63.dist.c.Salonitanæ.

CONTRA.

6.q.1.c.in canonibus.
12.q.2.c.quicunq;.
16.q.8.c.decimas.
23.q.ult.c.quo ausu.
24.q.2.c.sanè.

SOLVTIO.

Si clericus habeat regalia à rege, licet sit prælatus ecclesiæ, tenetur ire ad regem, si prius uocetur ab eo, quàm ab episcopo. 18. dist.c.si episcopus metropolitanus. Si autem uocaretur propter causam spiritualem à Papa, licet prius uocatus sit à rege, tenetur ire ad

ad Papam, nec̃ in eadem causa propter hoc contumax potest iudicari, cùm ad suum tribunal uocatus iuerit, D. de re iud. l. contumacia. §. contumaces.

REGVLA LXI.

Quòd admittitur quis testis in causa, in qua fuit iudex.

PRO.

Ext. de testibus. c. cùm à nobis.
Ext. de accus. c. cùm dilectus.
Ext. de proba. c. post cessionem.

CONTRA.

4. q. 4. c. 1.
2. q. 6. c. statutum est.
Ext. de appel. c. postremo.
C. de asser. toll. l. nemo.
D. de test. l. ult.

SOLVTIO.

Non audiuntur iudices quotiens super quæstione illa, in qua fuerunt iudices, uolunt testificari: sed in his, quæ acta sunt in præsentia ipsorum, credetur eorum dictis: sed illis aut eorum scriptis præferunt duo testes iurati, d. c. cùm à nobis. Hodie non creditur iudici, nisi quatenus eius acta legitimis constiterint documentis. ext. de proba. c. quoniam contra.

REGVLA LXII.

Vim ui repellere licet.

PRO.

Ext. de rest. spol. c. olim.
Ext. de sent. excom. c. si uerò aliquis.

Dist.

Dist. 1. c. ius naturale.
D. de iusti. & iur. l. ut uim.
D. de ui & ui arm. l. 1. §. uim ui.
Dist. 45. c. & qui emendat.

CONTRA.

23. q. 1. §. 1.
24. q. 1. §. 1.
46. dist. c. seditionarios.
23. q. 4. c. inter querelas.
C. de iudic. l. nullus.

SOLVTIO.

Vlcisci non licet, ut in his contrarijs. sed uim repellere, & castigare licet, ut in primis concordantijs, dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. C. unde ui. l. 1.

REGVLA LXIII.

Non tenere appellationem in his quæ dilationem non capiunt.

PRO.

Ext. de appel. c. qua fronte.
2. q. ut c. ei qui appellat. §. definitiua. §. si quis etiam. & §. sequent.
In Auth. ut cùm de appellat. cognosc. §. meminimus. collum. 8.
D. de rescind. appell. l. ult.

CONTRA.

Ext. de appell. c. consuluit. & c. peruenit.
2. q. 6. c. post appellationem. §. appellatione interposita.
D. penden. app. nihil innoua. l. 1. §. 1.

SOLV-

SOLVTIO.

Vera est prima rubrica: sed fallit in casu, quando aliter non potest consuli creditoribus, nisi interdicatur defuncto sepultura: ut sic robore tacti hæredes eius soluant debita illius. ext. de usur. c. quia frustra. In dicto uerò c. consuluit. ratione dubitationis admittitur. In illo autem §. appellatione interposita, siue ea recepta fuerit, siue non, nihil debet innouari, usq; dum deliberet secum iudex, an sit appellatio recipienda, uel non. Et ita exponuntur illa uerba D. nihil inno. appel. l. 1. §. 1.

REGVLA LXIIII.

Quòd gradatim sit appellandum.

PRO.

2. q. 7. c. metropolitanum.
2. q. 6. c. anteriorum. uers. illo.
Ext. de off. del. c. super quæst.
In Auth. de mand. princip. in princip.

CONTRA.

2. quæst. 6. c. si quis putauerit. & c. placuit. & c. ad Romanam.
Ext. de præbend. & dignita. c. referente.

SOLVTIO.

Secundum leges tene: nec enim princeps poterit appellari medio prætermisso. Secundum canones bene licitum est appellare ad Papam mediis prætermissis. d. c. si quis putauerit. Excipitur tamen unicus casus per illam decretal. super quæstionum.

REGVLA

REGVLA LXV.

Actor sequitur forum rei.

PRO.

C.ubi in rem actio.l.ult.
11.q.1.c.experientiæ.
Ext.de foro competen.c.sanè.& c.cùm sit generale.

CONTRA.

Ext.de foro compe.c. quod clerici.& c.fin.
Ext.de iur.patro.c.relatum.
11.q.1.c.relatum.
C.de iurisdict.omn.iud.l.iuris ordinem.

SOLVTIO.

Regula præmissa uera est: fallit tamen in ecclesia, quę malefactores & hostes suos sub quo mauult iudice, poterit cõuenire, d.c.cùm sit generale. Illud autem c.relatum, loquitur secundum statum primitiuæ ecclesiæ, quòd eo tempore omnes causæ ad ecclesiam deferebantur.

REGVLA LXVI.

Proponentem contraria audiendum non esse.

PRO.

C.de furt.l.1.
Ext.de cens.c.cùm olim.
Ext.ut eccles.benefic.c.uno.
Ext.de accus.c.cùm dilectus.
Ext.de app.c.solicitudinem.
D.de cond.& demon.l.Titiæ.
D.quando appell.sit,& int.l.2.uers.sed si alius.

CONTRA.

D.de inoff.testam.l.* Papinianus. §.sed nec impubes.

*Manuscript.Põponius.

D.de

D.de acqui.poss.l.naturaliter.§.nihil.
D.de colla. bon.l.nonnunquam.
Ext.de regular.& transs.ad rela. c.sicut.
Ext.de sent.& re iud.c.lator.
Ext.de præscrip.c.auditis.
Ext.de priuil.c.cùm olim.

SOLVTIO.

Actor in una & eadem instantia iudicij repellitur, ut in prima parte regulæ probatur per concordantias signatas. In diuersis instantijs non repellitur, d. l. Papinianus. Reus uerò etiam in eadem instantia iudicij poterit proponere contrarias & diuersas exceptiones, d.c. auditis. & D. de except. l. nemo prohibetur.

REGVLA LXVII.

Per se, non per alium debere quemq; ecclesiæ suæ deseruire.

PRO.

16.q.1.c.generaliter.
D.solut.l.inter artifices.
C.de cadu.toll.l.una.§.sed omnes.& §.ne autem.
Ext.de cler.non resid.l.relatum.& c.quia nonnulli.

CONTRA.

Ext.de off.uicar.per totum.
Ext.de app.c.peruenit.
C.de episcop.& cler.l.quisquis.
C.de contrahen.& committ.stipul.l.ueteris.
D.de duob.reis stipul.l.nemo est.

SOLVTIO.

Non nisi per se debet clericus seruire, quia munus personale est in eius persona electum. Si tamen iusta causa

causa fuerit impeditus, uel propter superuenientes fatales casus, sine delicto proprio, fuerit effectus inhabilis ad seruiendum, poterit uicarium constituere. d. c. peruenit.

REGVLA LXVIII.

Verba cum effectu esse accipienda.

PRO.

De pœnit. dist. 1. §. hæc uerba.
Ext. de cler. non resid. c. relatum.
D. quod quisq; iur. l. 1. §. ult.
*manuscrip. D. de inoff. testam. l. Papinianus. * §. meminisse.
Pomponius. D. rem ratam habe. l. amplius.
D. de transac. l. si quis maior.
D. de seruis expor. l. si uenditor.

CONTRA.

Ext. de bigam. c. nuper.
16. q. 1. §. uerum.
27. q. 1. c. si quis. §. non dicam.
De pœnit. distinct. 1. §. si quis tam masculum
1. q. 1. c. qui studet.
D. de furt. l. inficiando.
D. de cond. in stip. l. mul. §. si quis.

SOLVTIO.

Sic concilia: si uolũtas suos fines & terminos nudi propositi non excedat, non punitur in foro contentioso. de pœnitent. dist. 1. c. cogitationes. Quid enim * obfuit conatus, si iniuria nõ est subsecuta? Dquòd quisque iur. l. 1. exceptis enormibus criminibus, in quibus iura prosequuntur affectum sine effectu, ut in illo §. uerum. Et certè uoluntas ibi nõ punitur contenta suis terminis. Veruntamen imputatur aliquando si progrediatur ad aliquem actum bonum,

* Non nocere conatum, si non sequatur euentus.

bonum, quo ad Deum, uel abominationem deterri mi propositi. de pœnit. dist. 1. c. quis aliquando. §. itē uotum. & c. si cui.

REGVLA LXIX.

Illud solum fieri, quod iure fit.

PRO.

22. q. 2. c. *faciat homo.*
Ext. de *præbend. & dignitat. c. cùm teneamur.*
Ext. de *iure patro. c. quod autem. in fin.*
Ext. de *iureiurand. c. ueniens. & c. quintauallis.*
D. de *condic. instit. l. si filius.*
D. de *uerb. sig. l. nepos Proculo.*
D. de *re iud. l. ne seruus. §. fi.*

CONTRA.

D. de *uerb. obl. l. continuus. §. illud.*
D. de *const. pecu. l. promissor. §. 1.*
Ext. de *rest. spol. c. in literis.*
1. q. 1. c. *quod quidam.*

SOLVTIO.

Vbi quis habet beneficium ne condemnetur, nisi quatenus facere possit, tunc habet locum regula. itē cùm promisi generaliter stare mandato alterius, d. c. quintauallis. Aliter difficultas solutionis ad commodum pertinet promissoris, d. l. continuus. Superior pars regulæ, quæ dicit id tantùm fieri posse intelligi, quod iure fit, habet locum in his, quæ ius desiderant: ut in contrarijs productis, & similibus, quę nisi iure fiant, non tenent, C. de leg. & constit. l. non dubium. Secus in his, in quibus desideratur factū, ut in acquisitione possessionis: nam etiam prædo eam acquirit, dict. c. in literis.

REGVLA LXX.

Pactum de succeßione futura eſt illicitum.

PRO.

C. de pact. l. ult.
C. de inutil. ſtipul. l. ex eo.
Ext. de conceß. præben. c. nulla. & cap. ex tenore. & c. relatum.

CONTRA.

Ext. de præbend. & dig. c. relatum.
Ext. de conceß. c. propoſuit.
D. pro ſocio. l. 3. §. de illo.

SOLVTIO.

Dicunt quidam quòd in genere poteſt fieri promiſsio beneficij non uacantis: utputa ſi dicat quis, promitto tibi beneficium, argument. illius leg. D. pro ſocio. leg. 3. ubi ualet pactum de futura hæreditate in genere. Sed hæc ſolutio reprobat. ext. de conceſ. præbend. c. ult. Alij dicunt, quòd cum conſenſu illius perſonæ, cuius beneficium promittitur, ualet promiſsio, C. de pact. l. poſtquã. Sed nihil eſt quod dicunt: quia dicit decretal. quòd non ualeat promiſsio beneficij nõ uacãtis, nec aliqua inde oriatur obligatio, cùm ſit contra decreta Lateranenſis concilij. dict. c. ex tenore. Quidam tamen dixerunt, quòd licet promittens non obligetur ad illud beneficium, teneri tamen ad intereſſe.

REGVLA LXXI.

A maiori argumentum duci.

PRO.

31. dist. c. tenere.

59. dist.

59.dist.c.si officia.
3.q.3.c.de induciis.
38.dist.c.si in laicis.
Ext.de elect.c.cum cunctis.
Ext.de conces.præben.non uacant.c.nulla.§.cùm enim.

CONTRA Á MINORI.

D.de interdictis & releg.l.relegatorum.
D.de seru.export.l.cui pacto.
Ext.de parœc.& alien.parœcia.c.nullus.
9.q.2.c.nullus primas.

SOLVTIO.

Argumentum à maiori sequitur,si assumam affirmando sic: Conceditur huic quod maius est, ergo concessum intelligitur illud quod minus est, ext. de decimis,c.ex parte tua, & infrà.si sit eiusdem cẽsuræ, cuius est illud,quod expressè intelligitur. Argumentum autem à minori assumitur negando sic: Negatũ huic quod minus est: ergo negatum intelligitur illud,quod maius est,secundum regulam istam, Qui indignus est inferiori ordine, indignus est superiori.D.de senato.l.qui indignus.

REGVLA LXXII.

Ab exemplis,& scripturis infidelium argumenta sumi.

PRO.

1.quæst.1.c.Dominus.
13.q.2.c.questa est.
21.dist.c.submittitur.
37.dist.c.si quid ueri.
Ext.de conces.præbend.non uacan.c.nulla.

CONTRA.

27.q.2.c.non exemplo.
23.q.4.c.ipsa pietas.
Ext.de schismatic.c.fraternitati tuæ.
26.q.2.c.non exemplo.

SOLVTIO.

* Euidēs est testimoniū, cùm quis se ipso teste cō uincitur.

Argumentum ab * exemplis, & institutis infidelium contra eosdem ad intelligentiam scripturarū, & ad eorum uanitatem reuincendam ualet, d.c.si quid ueri. Non enim sunt perniciosiora tela aduersus hostes, quàm quæ è pharetris ipsorū extrahunt.

REGVLA LXXIII.

Quòd successor potest reuocare factum prædecessoris.

PRO.

Ext.de elec.c.nosti.
Ext.de prec.c.2.
2.q.2.c.& si illi.
25.q.2.c.decessorum.
55.dist.c.pœnitentes.
Ext.de his quæ fiunt à prælat.c.cùm nos.
35.q.9.c.quod quis commiserit.

CONTRA.

Ext.de elect.c.innotuit.§.par in parem.
Ext.de cler.coniug.c.diuersis.
Ext.de fil.presbyt. c.demens.
Ext.ne sed.uacan.c.unico.
25.q.2.c.si ea.
D.de arbit.l.nam magistratus.

SOLVTIO.

Quod bene fit à prædecessore, non debet euerte-

re, sed

re,sed potest confirmare successor,ext. de solution. c. 1.Quod autem malè fit, potest reuocare, ut in concordantijs in priori parte assignatis. Nec potest ei præscriptio opponi ex tẽpore, quod currit ante tempus alienantis,16.q.3.c.si sacerdotes.

REGVLA LXXIIII.

Quod ab initio non ualuit,ex post facto conualescit.

PRO.

Ext.de donat.c.Apostolicæ.
Ext.de conuers.coniug.c.placet.
Ext.de eo qui dux.in mat.c.1.
16.q.4.c.si sacerdotes.
Ext.de his quæ fi.à prælat.c.cùm nos.

CONTRA.

16.q.3.c.post quingentos.
10.dist.c.uides.
Ext.de elect.c.auditis.
D.de uerb.oblig.l.inter stipulantem.§.sacram.
D.de act.& obl.l.obligationes.
D.de reg.iur.l.quod ab initio.

SOLVTIO.

Si initium alicuius rei sit uitiosum,quia nõ interuenit consensus eorum,qui consentire debebant, & postea adhibeatur eorum consensus, quorum desiderabatur,accedente cõsensu confirmabit id, quod actum est prius, d. c. cùm nos. Sed si rei initium bonũ erat,solus dissensus non reddet uitiosum:quamuis alius consensus dissentientium posset remouere initium,d.c.auditis.Si autem ideo sit uitiosum,quia res de qua agitur, contra ius facta est, tunc res non

conualescit tractu temporis, d.l.quod ab initio. & d. l.uides. exceptis casibus nonnullis, in quibus contrarium exprimitur in iure.

REGVLA LXXV.

Ad quem spectat onus, & emolumentum.

PRO.

12.q.2.c.caritatem.
16.q.6.c.de lapsis.
Ext.de simo.c.cùm sit Roman.
Ext.de sepult.c.nos instituta.
Ext.de his quæ fi.à prælat.c.quanto.
Ext.de eccles iast.ben. c.unico.
Ext.de præb.c.cùm secundum Apostolum.
D.de reg.iur.l.secundum naturam.

CONTRA.

Ext.de cleri.ægro.c.1.
30.q.3.c.constituit.
D.de nego.gest.act.leg.si negotia absentis.

SOLVTIO.

Prima regula uera est: ad quem spectat onus, & emolumentum, nisi aliud culpa inducat. Nam si geram noua negotia absentis, & ignorantis, lucrũ pertinebit ad absentem, sed damnũ agnoscere nõ tenetur, quia ego fui in culpa, noua & inusitata negotia inchoando, d.l. si negotia. Econuerso obtinet regula, Ad quem spectat emolumentum, & onus: fallit tamen in casibus, ubi scilicet is, qui debet habere emolumẽtum, sine culpa sua efficitur inhabilis ad onus subeundum. ext.de cler.ægrot.c.1. Item fallit propter fragilitatem sexus in muliere, quæ uocatur ad successionem manumissi à se. nec tamen suscipere tutelam cogitur. Inst. de leg. pat. tut. in fin.

REGV-

REGVLA LXXVI.

Officium suum nemini debet esse damnosum.

PRO.

Ext. de fide iust. c. peruenit.
D. quib. ex caus. maio. l. uidel.
D. de furt. l. si seruus. §. quòd uerò.

CONTRA.

7. q. 1. c. constitutum.
10. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius.
Ext. de post. c. cum sacerdotis. in fin.

SOLVTIO.

Regulariter obtinet prima pars Rubricæ. contraria sunt casualia ex circumstantijs: & ita restringunt regulam.

REGVLA LXXVII.

Leges non esse allegandas in foro * *Ecclesiastico.*

* Quid appellet forum ecclesiasticũ, & quas causas ad illud reuocet, ex subsequẽtib. apparet.

PRO.

Ext. de iur. calum. c. literas.
Ext. de testam. c. relatum. & c. cum esses.
27. q. 2. c. sunt qui dicunt.
De consec. dist. 3. c. celebritat.

CONTRA.

24. q. 3. c. de illicita.
10. dist. c. lege.
Ext. de noui oper. nuncia. c. intelleximus.

SOLVTIO.

Non est utendum legibus imperatorum in controuersijs ecclesiasticis, ubi lex diuina siue canonica

contradicit: quoniam lex Imper. nõ est supra legem Dei, sed subtus. Alioquin utendum est illis, ut in d. c. lege. & ext. de constit. c. 1. & dist. 20. c. 2.

REGVLA LXXVIII.

Quod non ualet ut ago, ualet ut ualere potest.

PRO.

Ext. de testib. c. nos quidem.
Ext. de uerb. signifi. c. abbate.
Ext. de despon. impuber. c. tuæ.
D. de seruit. l. si tam angusti.
D. de usu. & habita. l. diuus.
D. de pact. l. si unus. §. penult.
D. de test. milit. l. si miles qui destinauerat.

CONTRA.

Ext. de off. deleg. c. cùm super abbatia.
Ext. de despon. impub. c. de illis.
C. de codicill. l. ult. §. ult.
D. de testament. l. ex ea scriptura.
D. de acceptil. l. an inutilis.

SOLVTIO.

Si is qui agit, nullo alio modo uoluit rẽ ualere, ni si eo modo, quo tunc exprimebatur, uel uerba inten debãt, locũ habet hæc regula. Volũtas porrò sua talis esse præsumit quandoq; ex uerbis legis, quando que ex forma contractus. Vbi uerò hæc præsumi nõ possunt, contrariam regulam credo obtinere.

REGVLA LXXIX.

Quòd quis possit iudicari post mortem.

PRO.

Ext. de hæretic. c. si quis episcopus.

Ext. de

Ext. de sepult. c. fraternitatem.
21. q. 3. c. Cyprianus.
88. dist. c neq; apud.
24. q. 2. c. sanè profertur.

CONTRA.

23. q. 2. c. sanè.
24. q. 2. c. 1. uers. quodcunq.
23. dist. c. quorundam.
C. si pend. appell. mors inter. l. si qui.

SOLVTIO.

Regulariter de crimine defuncti quæri non potest, quia crimina morte extinguũtur. d. l. si is qui. fallit hoc in crimine hæreseos. d. c. sanè. & in illo, qui hæreticũ instituit hæredem. d. c. si quis episcopus. Quidam excipiunt casum læsæ maiestatis. C. ad l. Iul. maiest. l. ultim. & casum apostasiæ. C. de hær. l. Manichęos. & casum repetundarum. D. de accusat. l. ex iudiciorum. Verùm in illis agitur ciuiliter ratione bonorũ: sicut agitur gratia filiorum de adulterio. ext. qui fil. sint legitimi. c. causam. & gratia rerum restituendarum de rapina. ext. de rap. c. in literis. Item pro manifesto mortali peccato, in quo decedit quis, potest ei negari sacramentum.

REGVLA LXXX.

Non licet nobis definire quod definitum est.

PRO.

2. q. 5. c. consuluisti.
21. q. 1. c. quod si dormierit.
Ext. de sepult. c. quia de uxore.
Ext. de translat. c. inter corporalia.
D. de publician. l. de precio.

12.dist.c.præceptis.
25.q.1.c.sunt quidam.

CONTRA.

De consec.dist.2.c.liquido.
33.q.2.c.quos Deus.
28.q.1.c.idololatria.
23.q.5.c.si non licet.
D.de testibus.l.quæsitum.

SOLVTIO.

Exponunt magistri, & bene, quod non est expositum: quia interpretatio iuris prudentibus ablata non est, quæ in legislatione collatis locis, & attenta uoluntate auctorum completur. ut 37. dist. c. relatum. sed prohibita est præsumptuosa adinuentio * pontificum, uel ordinum subsequentium, qua rationabiliter sanctorum patrum documentis decisa turbantur, & uiribus euacuãtur, & nouitates superinducuntur ijs neglectis, quæ ab Apostolis antè definita fuerũt. d.c. quod si dormierit. & d.c præceptis. & 11. distinct. quis nesciat. & 12. dist. c. decet. Quantum ad iudicialem diffinitionem, legem simplicem simpliciter intelligere debemus: nisi per legem uel canonem aliter possit exponi, uel distingui, ext. de elec. c. significasti.

* Indignum & cõtra bonos mores est, & à spiritu Dei, atq; ecclesiastica moderatione prorsus alienũ, decreta patrũ Apostolica, et æquas antecessorũ constitutiones, posteriores pontifices aliud statuendo euertere. 25. q. 1. & 2. per totũ.

REGVLA LXXXI.

Famam esse seruandam.

PRO.

12.q.1.c.nolo.
11.q.3.c.non sunt.
De consec.dist.5.c.iubemus.
Ext.de decimis.c.suggestum.

CONTRA.

11.q.4.c.cui est illata. & c. sentit. & cap.in cunctis.& c.custodi. & c.inter uerba.

SOLV-

SOLVTIO.

Si possibile sit alicui conseruare famam suam, & non seruat, crudelis est. d.c. nolo. Si autem homines ita sunt animati ad suspicandum contra aliquem, ut nullo modo à cordibus remouere possint suspicionem, tunc sufficit, si conscientiam puram habet is, cuius fama denigratur. d.c. sentit.

REGVLA LXXXII.

Ab exemplis esse argumentandum, & in uita procedendum.

PRO.

20. *dist. c. ult.*
1. q. 1. c. *conuenientibus.*
7. q. 1. c. *omnis qui.*
9. q. 2. c. *Lugdunenſis.*
16. q. 1. c. *sunt nonnulli.*
22. q. 2. c. *noueritis.*
37. *dist. c. qui de mensa.*
12. *dist. c. de his.*

CONTRA.

14. q. 5. c. *dixit dominus.*
22. q. 2. c. *si quis per uetus.*
23. q. 3. c. *est iniustæ.*
De *consec. dist.* 2. c. *liquido.*
26. q. 2. c. *non statim.*
C. *de sent. & interloc. l. non exemplis.*

SOLVTIO.

Exempla sanctorum etiam in iudicijs sequenda sunt, ut 20. dist. c. ult. nisi per aliquam scripturã cer ta de causa prohibeatur nobis, ne sequamur illud exemplum sanctorum. d.c. nõ statim. Quod autem dicitur exemplis, uerum est de exemplis priuatorũ.

* *Vitia sanctorum hominum non imitanda.*

Exem-

Exempla autem sanctorum pro iure habentur,ut exemplum principis,ext. de sent. & re iud. c. in causis. Exempla autem ueteris testamenti moralia sequimur ad literam,sacramentalia nõ ad literam, sed ad intellectum institutum : ceremonialia nullo modo obseruamus,5. dist. c. 1. uers. in lege.

REGVLA LXXXIII.

Quod quisq; iuris in alterum statuit,eodem uti debet.

PRO.

1. dist. in princ.
Ext. de decimis. c. cùm nobis.
Ext. de mut. pet. c. 1. & 2.
19. dist. c. 2. §. 1.
D. quod quisq; iur. c. per totum.
4. q. 3. c. placuit. §. item in criminali. & c. si testes. §. si quis.

CONTRA.

9. dist. c. imperatores.
2. q. 7. c. si hæreticus.
37. dist. c. si quid ueri.
16. q. 1. c. hinc est.
26. q. 2. c. non exemplo.
C. de leg. & const. l. quod fauore.

SOLVTIO.

Vbi quis impetrat aliquod ius contra aliquem, idem contra se deinde admittere debet, ut in prima parte Rubricæ. At quando princeps motu proprio aliquod beneficium concedit, non potest illud in eius læsionem retorqueri,ut patet in contrarijs. & D. quod quisq; iur. l. 3. Quod aũt dicitur, quòd priuilegium personã nõ transgreditur, Instit. de iur. natur. gent.

gent. & ciu. §. sed & quod. uers. planè. uerū est quòd non transgreditur ita, quòd alius utatur eo tanquā priuilegio, sed utitur eo tāquam beneficio iure communi indulto, uelut usura iuris iniqui impetrati ab aliquo illi, contra quem impetratum est.

REGVLA LXXXIIII.

Simulationem non esse admittendam.

PRO.

Ext. de electio. c. causam.
22. q. ult. c. quotiens.
27. dist. c. quod interrogasti.
Ext. de reg. & transe. c. uidua. & c. ut clerici.

CONTRA.

22. q. 2. c. utilem. & c. quod autem ait.
Ext. quod me. causa. c. perlatum.
Ext. de conuers. coniug. c. charissimus.

SOLVTIO.

Simulatio ad deceptionem uitandam licita est, quia non dolum committit qui fraudem excludit, D. de lega. 2. l. cum pater. simulatio autem ad circumueniendum ac fallendum aliū adhibita, est illicita. d. c. uidua. & c. quotiens.

REGVLA LXXXV.

Non dicitur factum, quod non durat factum.

PRO.

1. q. 2. c. constat.
Ext. de uerb. sig. c. nam & ego.
Ext. de regular. & transl. c. ad nostram.
D. de in rem uerso. l. si pro patre. §. uersum.

CONTRA.

Ext. de despon. impub. c. de illis.

32.q.5.c.horrendus.
C.de contrahen.empt.l.non idcirco.
C.de transact.l.quamuis.
C.de act.& oblig.l.sicut initio.
D de seruit.rustic.prædior.l.per fundum.
C.communia prædior.l.receptum.

SOLVTIO.

Quod semel factum est, non potest fieri non factum.D. de capt. & postlimi. reuer. l. in bello. §. factæ autem. & qui semel contraxit, si contractus sit nominatus, non potest resilire ab eo. d.l. quamuis. & d.l. non idcirco. Idem est in matrimonio. In uoto autem permittit ius pœnitere infra annum. In contractibus uerò innominatis habet locum pœnitentia.D. de condict.causę da.causa.l.si pecuniam.& interdum in crimine singulariter commisso,si citò corrigatur, c. de pœnit. dist. 1. c. diuortium. Quandoq; & per pœnitentiam non desinit delinquens esse nocens. D. de ædilit. edic. quid sit fugitiuus. Sed hoc uerum est quantum ad homines, qui præsumuntur malè uersaturi, ex quo semel malè uersati sunt. Quãtum ad Deum, desinit quilibet esse nocens per pœnitentiam. 50. dist. c. ferrum.

REGVLA LXXXVI.

Rem cœptam haberi pro impleta, & sufficere si cœpta sit.

PRO.

Ext.de eo qui mit.in pos.c.cum sicut.
Ext.de regular.& transf.c.significasti.
De pœni.dist. 1.c.magna piet.
D.de postuland.l.1.
D.arbo.fur.cæsa.l. furtim cæsæ, uers.etiam si non.

CON-

CONTRA.

De pœnit. dist. 3. c. incassum.
Ext. de renuncia. c. literas.
C. ad Syllania. l. cum Syllanianum.
D. de uerb. sig. l. soluendo. & l. id apud.
D. de iniur. l. item apud. §. abduxisse.
D. de bon. libert. l. qui cum. §. accusasse.

SOLVTIO.

Sufficit quem habere uoluntatem faciendi bonam: & si incipiat, & perficere non possit, perinde est ac si perfecisset. Idem etiam si incipere non possit. de pœn. dist. 1. c. quis aliquando. §. item uotum. Idem obtinet in contractibus uel quasi, quòd si non stet per illum, qui aliquid perficere debet, quo minus perficiat, pro facto habetur. Quod quandoque fallit, ut notatur in optima distinctione, quæ assiduè uersatur in allegationibus & disputationibus Decretistarum, ext. de rescript. c. si quando. In delictis autem quandoque reputatur uoluntas aut inceptum pro facto, licet effectus aut perfectio non sequatur, ut not. supra sub illa regula: *Vera cum effectu sunt accipienda. *Reg. 78.

REGVLA LXXXVII.

Pœnas mutari, mitigari, ac tolli posse.

PRO.

Ext. ut lite non contest. c. quoniam. in fin.
Ext. de uoto. c. 1. & c. ex multa.
45. dist. c. omnes qui.
32. dist. c. presbyter.
24. q. 4. c. prodest.
D. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior.
D. de effracto. & expilat. l. 1. §. 1.

D. de

D. *de pœnis. l. ad bestias.*

CONTRA.

Ext. de offic. deleg. c. de causis.
Ext. de pœnis. c. licet.
16. q. 1. * *c. omnes. & c. decimas.*
2. q. 3. *c. si quem pœnituerit.*
4. *dist. c. in istis.*

* Nõ extat.

SOLVTIO.

Dicunt quidam pœnam in iure statutam iudicem non posse mutare: quia pœnæ persecutio legis arbitrio reseruatur, non autem iudicis, d. c. si quem pœnituerit. Verius tamen est pœnam posse mutari, si pœna in qua fit cõmutatio, magis sit Deo accepta, ext. de uoto. c. 1. si modò commutetur antequam infligatur: inflicta enim per sententiam non potest releuari, d. c. si quem.

REGVLA LXXXVIII.

Semel Deo dicatum non esse ulterius ad humanos usus transferendum.

PRO.

Ext. de relig. dom. c. ad hæc.
Ext. de rer. permut. c. mancipia.
19. q. 3. *c. quæ semel.*
De consec. dist. 1. c. altaris palla.

CONTRA.

Ext. de ser. non ord. c. nullus.
54. *dist. c. ex antiquis.*
11. q. 1. *c. statuimus.*
Ext. de iudic. c. cum non ab homine.
C. de episc. & cleric. l. seruis.

SOLVTIO.

Præmissa regula uera est, quia eiusmodi res diuini iuris

ni iuris esse cœperunt, & extra commercium hominum. Instit. de rer. diuis. §. sacræ. fallit tamen in contrarijs propter delictum consecratorum, qui propter excessum suum priuantur beneficio consecrationis: ut si seruus domino ignorante faciat se ordinari, quia delinquit in promotione sua, domino ignorante se permittendo promoueri, restituitur ad humanos usus. d. c. ex antiquis. & in libero, si promoueatur in clericum, & delinquat, & sit incorrigibilis, traditur curiæ, ut seruiat. d. c. statuimus.

REGVLA LXXXIX.

Non generare impedimentum, quod non sortitur effectum.

PRO.

Ext. de iur. patr. c. quod autem.
Ext. de app. c. constitutus.
Ext. de app. c. bonæ memoriæ.
Ext. de his quæ fi. à prælat. sin. conf. c. 2.
Ext. de desp. impub. c. acceßit. & c. de illis.
27. q. 2. c. lex diuina.
C. de uind. libert. & apud concil. l. nec.
De pœnit. dist. 1. c. hæc autem uerba.

CONTRA.

D. de his qui nota. infa. l. quid ergo.
D. quod quisq; iur. l. 1. in fin.
Ext. de dig. c. nuper.
Ext. de elec. c. considerauimus. & c. auditis. & c. intelleximus.
Ext. de sponf. & mat. c. ad audientiam.
De conse. dist. 4. c. quibus.
C. ad l. Iul. de adult. l. eum qui.

SOLVTIO.

Prima regulariter uera est in illis actibus, in quibus actus cum effectu desideratur: utputa, in electionibus rerum ecclesiæ. Si enim prima electio uel alienatio sit nulla, & hoc sit notorium, sequens propter illam non impeditur, ut in concordantijs in prima parte rubricæ positis. Alioqui debet secunda fieri, retractata prima per superiorem, d. c. considerauimus. In illis autem contractibus, in quibus actus solus sine effectu consideratur, ut est in illis, per quos irregularitas inducitur, licet actus ipso iure effectū non habeat, inducit tamē irregularitatē. d. c. nuper.

REGVLA XC.

Lite contestata nihil innouari posse.

PRO.

3. q. 2. c. quia ego.
Ext. de simo. c. accusatum.
Ext. de iur. patr. c. ex literis. & c. quoniam.
Ext. de eo qui dux. in matr. c. significauit.
C. de assert. toll. l. 1.
C. quibus ad liber. procla. non licet. l. ult.
D. de offic. præsid. l. senatus.
D. qui satisd. cog. l. fideiussor. §. fi.

CONTRA.

11. q. 1. c. quia res.
28. dist. c. consulendum.
8. q. 3. c. nónne.
15. q. ult. c. ult.
Ext. ut lite pen. c. à memoria. & c. laudabilem.
Ext. de confir. uti. uel inuti. c. 2.

SOLVTIO.

Regulare est, quòd lite contestata ante sententiam

tiam nihil sit innouandum, & tuendus sit possessor in sua possessione usq; ad sententiam, ut in concordantijs proximè positis. Iura autem * quæ in priori parte posita sunt, exceptiones sunt: quia ius patronatus sequestratum intelligitur lite pendente. d. c. quoniam. Item accusatus de simonia suspenditur ante sententiam. d. c. accusatum. item accusatus de dilapidatione, si præsumptiones aliquæ sint contra ipsum. d. c. quia ea. Et fortè cum agitur de aliquo impedimento perpetuo, d. c. significauit. Item ubi agitur contra priuilegiatum, cogitur litem contestari, & postea sequestrabitur res, sicut contingit in familia iudicis. d. l. senatus. item si agatur contra suspectum de fuga, nec possit cauere. d. l. fideiussor. §. fin. quia sequestrabitur res. Idem in illo, qui proclamat ad libertatem, quia peculium eius sequestrabitur, ut C. de assertione tol. l. 1.

Quando sequestratio locũ habeat.

REGVLA XCI.

Locum esse pœnitentiæ in actibus hominum.

PRO.

Ext. de iur. patron. c. quod autem.
Ext. de regula. & transeu. c. ad nostram.
Ext. de præbend. & dig. c. cùm non ignores. & c. cùm iamdudum.
D. de condic. causa dat. l. dedi. & l. si pecuniam.
D. de iurisd. om. iud. l. si conuenerit.

CONTRA.

Ext. de iur. patron. c. cum autem aduocatus.
Ext. de consec. præbend. uel eccl. nõ uac. c. cùm pro quæst.
Ext. de præbend. & dignit. c. cùm pro illorum.
32. q. 5. c. horrendus.
C. de transac. l. quamuis.

C. de act. & oblig. l. sicut.
C. de contrahend. empt. l. non idcirco.
C. si mancip. ita fuer. aliena. l. si is qui.

SOLVTIO.

Sup. Reg. 85. Huiusmodi generale tãgitur in illo generali,* Nõ dicitur factum quod non durat factum. Sanè regula ista obtinet in cõtractibus innominatis, & in his, quæ in fauorem nostrum tantummodo introducta sunt: quia in illis pœnitere possumus. Et generaliter illud obtinet in delictis: quia omnia delicta per pœnitentiam tolluntur, quantum ad Deum, 1. q. 7. c. si quis omnem. Item in illis, quæ planè inchoata non sunt, ut si paciscamur, ut adeamus iudicem, qui non est noster, possumus pœnitere ante litem contestatam. d. l. si conuenerit. Et patronus potest pœnitere post præsentationem suam. d. c. cùm autem aduocatus. & alium potest præsentare: quia antequam episcopus admiserit præsentatũ, nullas uires habet præsentatio patroni. ext. de iur. patro. c. quod autem.

REGVLA XCII.

In paritate locum esse gratificationi.

PRO.

63. dist. c. si fortè.
Ext. de iur. patron. c. cùm autem aduocatus.
D. loca. & conduc. l. in naue.
D. de relig. & sumpt. fun. l. ult.
D. de lega. 2. l. si quis seruum. §. si inter duos.
D. ad Senatusconsul. Sillania. l. si quis in graui. §. sed cùm omnes.
D. de bon. auct. iud. poss. l. si non expedierit. & l. in uenditione. §. ult.

CONTRA.

D. de iureiur. l. creditore. §. si autem.
Ext. de iur. patron. c. pastoralis.

12. q. 2.

12.q.2.c.cum deuotis.
Inst.de iusti.& iur.in prin.

SOLVTIO.

Vbi quis duobus æqualiter tenetur, omnib. consideratis * potest gratificari,& alteri prius soluere.d. l.in naue.Item ubi quis pluribus debet aliquid facere,& simul petant, & omnibus simul factũ illud exhibere non possit,habebit locum gratificatio. d.l. si quis in graui.

* Vide c.uenerabilẽ.§. quod autem. & ibi glos. in uer. fauere. ext. de elect.

REGVLA XCIII.

Quòd res transit cum onere suo.

PRO.

Ext.de testibus.c.1.in fin.
Ext.de decimis.c.cùm non sit.in fin.
15.q.1.c.si quis laicus.
D.de contrahend.empt.l.alienatio.
D.de acq.rer.dom.l.traditio.
D.de donat.l.ad eum.§.1.
D.de pact.l.inter debitorem.
D.de distract.pig.l.si creditor.

CONTRA.

Ext.de priuileg.c.porrò.
Ext.de decimis.c.nouum.
D.de contrahend.empt.l.ult.
D.de seruit.l.uit.
D.locat.& conduct.l.emptor.

SOLVTIO.

Onera transeuntia, & rei cohærentia transeunt cum re: personalia non.Si tamen res transeat ad priuilegiatum, exoneratur priuilegiatus à præstatione onerum, utputa, si priuatus uendat possessionem suam hospitalarijs,licet apud priuatum sit possessio

ſuppoſita ſolutioni decimarum, non erit apud hoſpitalarios, d.c. porrò. quia illi habent priuilegium de non ſoluendis decimis.

REGVLA XCIIII.

Initium eſſe ſpectandum.

PRO.

3.q.10.c.placuit.
1.q.1.c.principatus.
Ext.de cenſib.c.ſcientes. in fin.
De pœnit.diſt.1.§.hæc autem.
16.q.3.c.ſi ſacerdotes.& c.poſt quingentos.
D.quod quiſq; iu.l.1.in fin.
Inſt.de ingen.§.1.
C.de pig.act.l.nec creditores.
C.de præſcript.30.uel 40.an.l.malæ fidei.

CONTRA.

Ext.qui filij ſunt leg.c.tanta.
Ext.de renuncia.c.literas.
C.ad Syllania.l.ult.
C.de emenda.Iuſtin.C.in prin.
D.de uerb.ſig.l.ſoluendo.
De pœn.diſtinct.1.c.in caſſum.& c.proinde.

Medium eſſe ſpectandum.

Iuxta illud: Cum media ſemper gaudebam ludere forma.
Maior enim medijs gratia rebus ineſt.
Medium tenuere beati.
Medio tutißimus ibis.
Ext.de teſti.c.cùm tu fili.
Ext.de reſtit.ſpol.c.literas.
10.q.2.c. hoc ius porrectum.
D.ſi pars hæredi.pet.l.antiqui.
D.de oper.ſer.l.ult.
D.de ædilit.edict.l.ſciendum.§.illud.

D.de

D.de uerb.oblig.l.continuus.§.item qui insulam.
D.de acq.rer dom.l.adeò.§.cùm quis ex aliena.

SOLVTIO.

In contractibus initium spectatur, quotiescunq; quæritur,an contractus ualeat,an non.Item in male ficio uel quasi, cùm quæritur,an contrahatur ex eo obligatio pœnæ,uel nõ,& quãta,in decretal. & constitutionibus,& in quolibet negocio, ex quo possit actio oriri. Nec obstat exemplum de matrimonio Lię cum Iacob.28.q.1.§.1.nam ibi & in consimilib.ratihabitio retrotrahitur, & mandatõ comparatur, & sic initium spectatur.Neq; obstat quod dicitur, medium esse spectandum. nam hoc locũ habet in dissensione* opinionum,tum opinionem mediam au ctoritas iudiciaria sequi debet.Item in promissionibus in genere factis,quę ad mediocritatem reducendæ sunt,ut colligitur per concordantias. Nec obstat quod dicitur, finem seu euentum considerandum esse.nam hoc locum habet quando quæritur,an dederit quis,an non dederit, uel quando quis dedisse uideatur,uel quãdo possederit,uel restituere,uel capere debuerit.auth.de nupt.§.quia uerò hactenus.

In diuersitate opinionũ mediã uiam ingredi tutius.

REGVLA XCV.

Non præsumi seruitium debitum,licet longo tempore sit præstitum.

PRO.

Ext.de censibus.c.peruenit.
10.q.3.c.quia cognouimus.
C.de pact.l.si certis annis.
C.de usur.l.si creditor.
D.de act.& oblig.l.obligationum.§.placet.
C.de agricol.& censi.l.litibus.

De *seruit. l. seruitutes.*
D. *de usucap. l. sequitur. §. ult.*

CONTRA.

Ext. de præscript. c. de quarta.
1. q. 3. c. quæsitum.
18. q. 2. c. seruitium.
C. de long. temp. præscript. l. ult.
C. de seruit. l. 2.
D. de serui. urb. præd. l. foramen.

SOLVTIO.

Seruitutes præscribuntur, quæ habent continuã causam, seu naturalem, ut est seruitus aquæ ducendæ. C. de seruit. l. 2. Item tigni immittendi, & stillicidij, quę habent causam naturalem, acquiruntur longa, uel longissima præscriptione secũdum canones. d. l. foramen. Quæ uerò continuam aut naturalem non habent causam, non præscribuntur: nisi tanto tempore durauerint, cuius non existat memoria. D. de aqua, & aquæ pluuiæ arc. l. 2. §. 1. & §. idem Labeo.

REGVLA XCVI.

Census non esse augendos.

PRO.

Ext. de præbend. & dignitat. c. auaritiæ.
Ext. de his quæ fiunt à prælat. c. pastoralis.
Ext. de cens. c. prohibemus. & c. significauit.
C. de omni agro deserto. l. fin.
C. de alluuionib. l. ult.
C. de noua uectig. l. 3.
C. de fundo rei priuat. l. 2.

CONTRA.

Ext. de præbend. & dignitat. c. de monachis.
Ext. de censibus. c. quanto.
Ext. de iur. patron. c. prætered.

Ext.

Ext. de transact. c. de cætero.
D. locat. l. si merc. §. uis maior.
D. de reg. iur. l. secundum naturam.

SOLVTIO.

Census constitutus auctoritate episcopi augeri nõ potest sine auctoritate eiusdem. Nam episcopus cum iusta de causa augere, uel minuere potest. arg. d.c. pastoralis. Cùm autem persona sine auctoritate episcopi censum constituit, non augebit censum ultra tempus locationis, nisi ultra modum fructus succrescãt. Post tempus autem locationis poterit is illi, uel alij pro maiori uel minori precio locare.

REGVLA XCVII.

Non sunt facienda mala ut eueniant bona.

PRO.

22. q. 2. c. primum. & c. faciat.
14. dist. c. qui ait.
1. q. 2. c. non est putanda.
14. q. 5. c. fortè.
23. q. 4. c. sicut non sunt.
Ext. de usur. c. super eo.
Ext. ne cler. uel mona. non magnopere.

CONTRA.

11. q. 3. c. intercessor.
50. dist. c. fidelior.
32. q. 4. c. dicit Sara.
32. q. 7. c. offerebatur.
34. q. 5. c. tunc saluabitur.
De conse. dist. 5. c. discipulos.
Ext. de furt. c. si quis.

SOLVTIO.

Prima regula simpliciter uera est. Contraria autẽ non obstant: quia licet in eis malum prætextu, uel compensatione boni uideatur factum fuisse, non tamen in ueritate factum fuit malũ in se, licet esset de genere malorum, cùm auctoritate canonis excuseẽ. d.c.antecessor.& ext.de iureiurand.c.si uerò.

REGVLA XCVIII.

Vnumquemq; cuiuslibet criminis causa posse ab ecclesia ad satisfactionem compelli.

PRO.

12.q.1.c.ult.
2.q.1.c.si peccauerit.
32.q.9.c.incestuosus.
Ext.de sponsalib.c.ad audientiam.

CONTRA.

Ext.de iudicijs.c.nouit.
6.q.3.c.scriptum.
11.q.1.c.experientiæ.
23.q.5.c.regum officium.

SOLVTIO.

In modum denunciationis quilibet potest super crimine ad iudicem deferri, d.c. nouit. Directè uerò non potest laicus apud iudicem ecclesiasticum accusari super crimine ecclesiastico, puta hæresi, periurijs.ext.de elect.c.uenerabilem.§. obiectioni.& §. eos igitur. aut sacrilegio. ext. de for. compet.c.cùm sit generale.

REGV.

REGVLA XCIX.

Multa tolerari facta, quamuis prohibita essent, ne fierent.

PRO.

9.q.2.c.Lugdunensis.
1.q.1.c.quòd quidam.
2.q.6.c.biduum.
7.q.1.c.episcopus in diœcesi.
14.q.6.c.comperimus.
Ext.de eo qui dux.in matrimo.c.1.
Ext.qui cleri.uel uou.c.rursus.
Ext.de eo qui cogn.consanguin.c.transmissæ.
Ext.de matrim.contrac.con.interd.eccles.c.fin.

CONTRA.

10.dist.c.uides.
27.q.2.c.nuptiarum.
Ext.qui matr.acc.poss.c.uidetur.
Ext.de sponsa.duor.c.tua fraternitas.
C.de leg.& consti.l.non dubium.§.1.
D.de uerb.oblig.l.si stipuler.§.fin.

SOLVTIO.

Prohibita fieri, si fiant, nõ tenent, si prohibitio habeat perpetuam causam prohibitionis. & quælibet prohibitio intelligitur habere perpetuam causam. d.l. non dubium, nisi constitutio prohibens exprimat prohibitum, nec̃ id temere.ext.de fil.presbyt.c. ad abolendam. Atc̃ ita omnia contraria ferè conciliãtur. In prohibitionibus autem circa matrimoniũ factis, uel faciendis cõtraria regula obtinet. Licet enim omnes casus ibi intelligantur prohibiti ne fiãt, tamen si fiant, tenebunt: quia matrimonium res est fauorabilis.

fauorabilis. ext. de matrim. contract. contra interdic. c. 2. & ideo prohibitio contra illud inducta, est restringenda.

REGVLA C.

Ad communem & usitatam uerborum significationẽ esse recurrendum, nec ab ea sine iusta causa recedendum.

PRO.

D. de lega. 3. l. non aliter.
D. de reg. iur. l. semper.
D. de tributo. l. 1. §. ideo.
D. de reb. dubijs. l. in ambigua.
32. q. 5. c. humanæ.
Ext. de sponsa. c. tuæ. & c. ex literis.
D. de exercit. act. l. 1. §. si is qui.

CONTRA.

D. de uerb. signifi. l. præterea.
Ext. de baptis. c. 1.
22. q. 5. c. quacunq; arte.
D. de uerb. oblig l. quotiens.
D. de pact. l. ueteribus.
D. de in ius uocand. l. quamuis. in fin.

SOLVTIO.

Verborum ambiguitas quandoq; est in iudicijs, quandoq; in contractibus, quandoq; in testamentis, de quibus ad præsens nihil. In iudicijs autem cit ca litis exordium plus creditur actori, quàm reo. D. de iudic. l. si quis intẽtione. D. de uerb. oblig. leg. inter stipulantem. §. si Stichum. In confessionibus autem urgeri debet confitens ut certum confiteatur, & id demum accipiatur, quod magis aduersario expedit. D. de confessis. l. certum. & D. de interrog. actio. l. de

l. de ætate. In sententijs autem iudicis interpretatio requiritur. Sed si delegatus est, tantū eadem die potest interpretari, D. de re iudic. l. Paulus. & ext. de offic. delegat. c. in literis. Idem dicendum est de prætorijs stipulationibus. D. de præt. stipulat. l. in prætorijs. In contractibus autem & pactis distinguo: Aut certum esse quid senserint. & tunc si per se non subsistat, nihil agitur. D. de contrahend. emptio. l. in uenditionibus. & 32. q. 2. c. solet. Vbi autem dubitatur quid senserint, tunc subdistinguo. Aut ualet secundum unam partem intellectus, aut secundū utrāq;. In primo casu commodissimum est id accipi, ut res, de qua agitur, magis ualeat, quàm pereat. D. de reg. iur. l. quotiēs. & ext. de uerb. signific. c. abbate. Secundo casu inspicimus qđ ueriſimilius est. D. de uerb. obligat. l. eum quidem. §. ult. & quod quandoq; consueuit accidere. 28. distinct. c. de Syracusanæ. Aliter contra eum interpretatio fieret, qui pactum apposuit. d. l. ueteribus. Quod uerum est si non apparet cui profuturum sit. D. de uerb. obligat. l. quicquid.

REGVLA CI.

Libera esse matrimonia.

PRO.

20. q. 3. c. præsens.
C. de nupt. l. neq;.
D. de uerb. oblig. l. Titia.
31. q. 2. c. ubi.
74. dist. c. ubi.
Ext. de sponſ. c. ueniens. & c. requisiuit.

CONTRA.

Ext. de adult. c. 2.
Ext. de sponſ. c. ex literis Siluani.

Ext. qui

Ext. qui cler. uel uouend. matr. c. 2.
Ext. de cler. coniug. c. 1.
22. q. 4. c. inter altera.

SOLVTIO.

Ab initio libera debêt esse matrimonia omni creaturæ humanæ, ut contrahat, uel non contrahat, aut cum hoc, uel cum illo contrahat. Postquã uerò contracta fuerint, compelluntur retinere matrimonium contractum hi qui cõtraxerunt, nec ullus prætextus attenditur. 32. q. 5. c. præceptum. & c. horrendus. etiã si sponsalia sola fuerint contracta ab initio. d. c. ex literis. Quandoq; tamen compellitur quis contrahere ratione delicti: quia corrumpendo uirginem matrimoniũ initiasse præsumitur. ext. de adult. c. 1. Non autem compellendus est, si uirgo non fuerit, ut ibidem traditur.

REGVLA CII.

Intelligitur concessum, quod non est prohibitum.

PRO.

16. q. 1. c. sunt nonnulli.
5. dist. c. ad eius uerò.
32. dist. c. de illo clerico.
18.* q. 2. c. hoc tantum.
30. q. 4. c. qui spiritualem. & c. post.
27. q. 2. c. lex diuinæ.
D. quib. ex cauſ. maio. c. nec non. §. 1.
D. de procur. l. maritus. §. 1.
D. de teſtibus. l. 1.
D. de probat. l. ab ea parte.

* in manuſcript. 38.

CONTRA.

Ext. de translat. c. inter corporalia.

2. q. 5.

2.q.5.c.consuluisti.
32.dist.c.de illo clerico.
18.q.2.c.hoc tantum.
55.dist. c.si euangelica.
2.q.5.c.monomachiam.
D.de colleg.illic.l.1.

SOLVTIO.

Vbi constitutio affirmatiuè, & non prohibitiuè fertur, cuilibet intelligitur esse concessum id, quod exprimitur in illa: utputa, cõcedit Apostolus matrimonium contrahi. 28.distinc.c. de his. Hæc cõcessio ad omnes homines porrigitur, quibus specialiter non prohibetur matrimonium contrahere. ext. de sponsal.c.cùm apud. Si uerò negatiuè siue prohibitiuè promulgatur, quilibet intelligitur prohibitus, nisi expressè excipiatur à prohibitione. utputa, prohibetur ne aliquis inijciat manus uiolentas in clericum. hæc constitutio quemlibet prohibet, nisi alicui inueniatur permissum aliquo iure specialiter. ext. de sent.excom.c.super eo.

REGVLA CIII.

Ad ea, quæ frequenter accidunt, iura aptari

PRO.

14.q.5.c.denique.
3.q.5.c.accusatores.
19.q.2.c.duæ sunt.
28.dist.c.de Syracusanæ.
Ext.de despon.impub c.literas.
D.de leg. & senatuscons.l.iura.
D.si pars hæred.peta.l.antiqui.

CON=

CONTRA. AD EA, QVAE NVNQVAM, aut rarò accidunt.

51.dist.c.qui in aliquo.
De consec.dist.4.c.sanctum est.
19.dist.c.in canonicis.
C.de legit.hæred.l.si maior.
Auth.de restitut.& de ea quæ parit.§.siquidem mulier.

SOLVTIO.

Ex ordine, & regulari iure obtinet prima pars, ut per sua exempla probatur. Contraria autem casualia intelliguntur non tenere, cùm in negotijs gerendis interseruntur, D.de reg.iur.l.ea quæ.

REGVLA CIIII.

Cessante causa, cessat effectus.

PRO.

1.q.1.c.quod pro necessitate.
1.q.7.c.quod pro remedio.
61.dist.§.his omnibus.
Ext.de uo.& uoti red.c.magnæ.
Ext.de concess.præben.c. quoniam diuersitatem. & c. ex parte.
Ext.de appell.c.cum cessant.
D.de condit.sine causa.per totum.

CONTRA.

19.q.2.c.duæ sunt.
32.q.7.c. tantum.
16.q.ult.c.constituit.
Ext.de spons.c.ad audientiam.
D.de condic.indeb.c.uideamus.
D.condic.caus.datæ.c.dedi.

SOLV-

SOLVTIO.

Si cessat causa impulsiua tantũ: ut si causa aliqua impellat populum ad aliquid statuendum, quod etiam sine causa illa statuendum esset, cessante causa, non cessat constitutio. Idem si quis det aliquid propter aliquam causam, quæ tamen ex necessitate eum dare nõ compelleret: puta, si des mihi aliquid, ut amicus tuus efficiar, non repetes illud. dict. l. dedi. Si autem sit causa finalis, sine qua nullo modo constitutio fieret, nec fieri deberet, ea cessante, cessabit constitutio, d.c. quod pro remedio. Aut si det aliquis propter causam, quæ dantem (si uera esset, & duraret) compelleret ad dandum: si illa cesset, repetet quod datum est. D. de condit. sine causa. per totum. Et hoc est quod uult dicere illa dec. ex parte.

REGVLA CV.

Contractus ex una parte claudicare posse, & nihilominus subsistere.

PRO.

32.q.5.c. *proposito.*
34.q.2.c. *in lectum.*
33.q.5.c. *manifestum.*
11.q.2.c. *si qua de rebus.*
Ext. de *desponsi. impub. c. de illis.*
Ext. de *eo qui duxit in matrim. c. propositum.*
D. *mandati. l. potest.*
Instit. de auth. tut. §. 1.

CONTRA.

32.q.1.c. *si quis.*
D. de *arbitris. l. sicut dies.*
D. de *uerb. sign. Labeo libro.*

SOLVTIO.

Fateor obligationem ex una parte posse tenere, ex altera non, ut apparet per contraria hic posita. Obligatio autem matrimonialis ex una parte consistere non potest: quia cùm uir & uxor, sponsus & sponsa sint relata, posito uno, ponitur & reliquum, & uno perempto, perimitur & reliquū. Vnde si uir, uel sponsus aliquis sit uinculo matrimoniali astrictus mulieri, & illa eidem alligata esse debet.

REGVLA CVI.

Quòd ratihabitio retrotrahitur, & cōfirmat ab initio inualidum.

PRO.

Ext. de spons. & mat. c. ad id.
Ext. de condit. appo. c. de illis.
Ext. de clandest. despon. c. quod nobis.
Ext. qui mat. accus. poss. c. insuper.
Ext. de renunc. c. quod in dubijs.
63. dist. c. Salonitanæ.
18. q. 2. c. de monachis.
31. q. 2. c. si uerum est.
D. ad Maced. l. ult.
D. de ui & ui ar. l. 1. §. quod autem.

CONTRA.

D. de acquir. hæred. l. si quis mihi. §. iussum.
D. de his qui not. infam. l. quid ergo.
Ext. de elec. c. auditis.
Ext. de coniug. seru. c. ad nostram.
Inst. de auth. tut. §. tutor.

SOLVTIO.

Prima regula obtinet regulariter: contraria sunt casualia.

casualia. Et tunc demum per ratihabitionem confirmantur res prius inualidæ, si earū perfectioni nihil obstat, nisi dissensus habentium ratam. alioquin si aliquid obstaret, non confirmaret ratihabitio. d. c. auditis.

REGVLA CVII.

Solennitates non nocere si omittantur.

PRO.

Ext. de testib. c. tuis.
Ext. de elec. c. dilecti.
Ext. de spon. duor. c. tua nos.
Ext. de sacramen. non iterand. c. pastoralis.
Ext. de testam. c. relatum. & c. requisiuit.
30. q. 5. c. nostrates.
De consec. dist. 4. c. à quodam.
C. de form. & impet. subl. per tot.

CONTRA.

4. q. 3. c. consanguineorum.
25. q. 5. c. aliter.
23. dist. c. quorundam.
2. q. 1. c. imprimis. & c. statutis.
C. de iura. calum. l. 2. §. sed quia.
D. de postul. l. quos prohibet.

SOLVTIO.

Solennitates, quæ exiguntur ad rei substantiam, uitiant si omittantur. d. c. quorūdam. Quæ uerò inducuntur ad ornatum, si omittantur, non uitiant, ut in prima parte Rubricæ. In sacramentis autem, quia ignoramus quid sit de substantia, sicut in ordinibus, si quid omittatur, debet suppleri. d. c. pastoralis.

REGVLA CVIII.

Quòd contractus aduersus interdictum ecclesiæ initus non obtinet uigorem.

PRO.

10.dist.c.uides.
35.q.3.c.contradicimus.
32.q.4.c.non oportet.
Ext.de spon.duor.c.tua fratern.
Ext.qui mat.acc.pos.c.uidetur.
C.de incest.nup.l.qui contra legum.

CONTRA.

Ext.de eo qui cog.consang.c.transmissæ.
Ext.de clandest.despon.c.2.
Ext.de spon.c.cùm in Apostolic.
Ext.de matr.contrac.contra interdic.c.pen.
17.q.2.c.nos nouimus.

SOLVTIO.

Quidam distinguunt, utrum sit interdictum ecclesiæ publicè factum, ut tunc non teneat matrimonium. d.c.tua fraternitas. an priuatim, ut tũc teneat. Verùm ista distinctio reprobatur per decret. ext. de matri.contrac.cont.interd. c. literæ. Dic ergo quòd nunquam solum interdictum ecclesiæ dirimit matrimonium, nisi subsit ei causa perpetua: utputa, cõsanguinitas, uel quid simile. Si autem causa subsit perpetua, illa dirimit matrimonium, imò à principio impediet, ne teneat tunc interdictum ecclesiæ, ut ext. de matri.cõtract. contra interdic.eccles. c.ex literis. & c.ult. nisi interdictũ fieret à Papa in modũ iuris constituendi: quia Papa potest inducere impedimentũ perpetuum in matrimonio, constituendo ius nouũ.

REGV

REGVLA CIX.

Conditionem appositam pro nō apposita haberi.

PRO.

10.q.1.c.sic quidam.
Ext.de condi.appo.c.quicunq;.
Ext.de testa.c.requisiuit.
C.de inof.testament.l.cum te.
C.de condi.insertis.l.cùm patrem.
C.de instit.& substit.l.reprehendenda.
C.de his quæ pœnæ nomine.l.una.
D.de condi.& demon.l.dubitamus.
D.de usu.& habit.l.sed neq;.§.si ususfructus.
D.de condi.instit.l.penult.
D.de lega.1.l.ab omnibus.§.in testamento.
Instit.de hæredib.instit.§.impoßibilis.

Quandoq; uitiare,& non uitiari.

32.q.2.c.solet quæri.& c.aliquando.
Inst.de lega.in fin.
D.de act.& oblig.l.non solum.
D.de condit.instit.l.si Titius.& l.filius.

Quandoq; suspendere.

Ext.de app.c.præterea.
Ext.de cōdi.appo.c.uerum.& c.super eo.& c.per tuas.
Inst.de uerbor.oblig.§.ex conditionali.
2.q.6.c.biduum.
D.de contrahend.emption.l.hæc uenditio.
D.de peric.& commo.rei.uen.l.necessario.

SOLVTIO.

Quidam actus legitimi sunt, qui expressam conditionem, uel diem non recipiunt, & si in eis apponatur dies,uel conditio,uitiantur: ut est emancipatio,acceptilatio,hæreditatis aditio,serui optio,tutoris

ris datio. Recipiunt tamen tacitam conditionem interdum. D. de regul. iuris. l. actus. Alij actus legitimi recipiunt conditionem. Nam stipulatio, quia est actus legitimus, conditionem recipit. Institut. de uerb. oblig. §. omnis. & nouatio. D. de nouat. l. quotiens. & matrimonium. d. c. super eo. Idem in alijs contractibus, si conditio à iure non reprobata apponatur, suspendit contractum, d. c. super eo, & in omnibus concordantijs ultimo positis. Si autem apponatur conditio impossibilis, ut, Cõtraho tecum, si contraxero cum Titia, propter perplexitatẽ nõ tenebit matrimonium, sicut nec alij actus. d. l. si Titius. Si uerò sit impossibilis propter peccatũ, puta, Contraho tecum, si occidas hominem, reijcienda est conditio, & tenebunt sponsalia & matrimonium, d. c. quicunq;. Et idem in alijs contractibus: ut in concordantijs in parte prima Rubricæ positis. Excepto in filio. Nam si in institutionibus apponatur hæc conditio impossibilis in personam filij, uitiat institutionem. d. l. filius. Vbi apponitur conditio impossibilis, cui natura est impedimento quominus existat: ueluti, Contraho tecum, si cœlum attigeris digito: contractus matrimonij sub tali conditione non tenet. Inst. de inutil. stipul. §. si impossibilis. nec fortè etiam matrimonium: quia non uidetur consentire, qui sub tali conditione contrahit, quæ nunquã potest existere. Verius tamen est quòd teneat, si conditio abijciatur. d. c. quicũq;. Sanè cùm apponitur conditio contra substantiam matrimonij, ea uitiat matrimonium. ueluti si dicam, Contraho tecum usque dumpulchriorem, ac honoribus & facultatibus mihi aptiorem inuenero: nullum erit matrimonium.

d. c. solet quæri. & dict. c. aliquando. &
ext. de condit. appos.
c. ultimo.

REGV-

REGVLA CX.

Excommunicatum habere personam standi in iudicio.

PRO.

Ext. de iudic. c. intelleximus.
Ext. de condit. appo. c. cùm sit proprium.
Ext. de sentent. excommun. c. si uerè.
11. q. 3. c. si episcopus. & c. seruetur.

CONTRA.

Ext. de of. ord. c. quæsitum.
Ext. de hæretic. c. uergentis.
Ext. de sent. excom. c. per tuas.
11. q. 3. c. cum excommunicato.

SOLVTIO.

Excommunicatus in agendo non habet personã standi in iudicio, d. c. per tuas. & ext. de excep. c. cum inter. præterquam in duobus casibus: scilicet quando dicit se esse excommunicatũ post appellationẽ, uel quando error intolerabilis est expressus in sententia, d. c. per tuas. In respondendo autẽ habet personam standi in iudicio, quia conueniri potest: & respondebit per procuratorem, si habeat. d. c. intellexi mus. uel in propria persona, si non habeat procuratorẽ, ne de suo dolo cõmodum reportet. d. c. si uerè.

REGVLA CXI.

Allegantem turpitudinem suam, non esse audiendum.

PRO.

14. q. 5. c. fortè.

16.q.1.c.legi.
27.q.2.c.non sanè.
29.q.1.c.perlatum. & q.2.c.dictum.
Ext. de testibus.c.ueniens.
Ext.de conceß.præbend.c.super quæstionem.
Ext.de eo qui dux.in matrimon.c.propositum.
Ext.de donat.c.inter dilectos.
C.de his quæ in frau.cred.l.filios.
C.de transact.l.transactione.
C.de seruo pig.dat.manum.l.si creditoribus.

CONTRA.

Ext.de sent.& re iud.c.lator.
Ext.de concef.præbend.c.ex tenore.
Ext.de præbend.& dign.c.cum non ignor.
Ext.de testib.c.quoniam.
14.dist.c.uerum.
15.q.3.c.nemini.
35.q.3.c. extraordinaria.
80.dist.c.si quis putauerit.
C.de libera cau.l.si filium.
D.ad municipal.l.Titio.
D.solu.matri.l.uiro.

SOLVTIO.

Allegans turpitudinem suam in agendo non auditur,nisi in crimine læsæ maiestatis, & simoniæ, d.c. uerum. Ad testimonium tamen in simonia non admittuntur,qui sunt eadem turpitudine maculati, d. c.ueniens.In excipiendo aũt turpitudinem suã allegans auditur.ext. de concef. præben. d. c. ult. & hoc propter regulam,quæ dicit,In pari causa turpitudinis potior est conditio rei. D. de reg. iur. l. cùm par delictum.nisi actor iuuetur commodo possessionis: tunc

tunc enim potiores erunt partes actoris propter aliam regulam, quæ dicit, In pari causa turpitudinis potior est cõditio possidentis. D. de condic. sine causa. l. auunculo. nisi actor staret pro matrimonio, re scilicet fauorabili. ext. de diuor. c. significasti. Si autem actor tantum esset in turpitudine, & allegaret eam indistinctè, est repellendus: nisi alleget in causa, in qua uertatur periculum animæ. d. c. lator.

REGVLA CXII.

Verbum generale generaliter intelligendum.

PRO.

Ext. *de coniug. lepros. c. quoniam.*
12. *q.* 1. *c. dilectissimi.*
19. *dist. c. Romanorum.*
De *consec. dist.* 4. *c. ut ostenderet. & c. quisquam.*
D. *de reb. dubijs. l. si is qui. §. utrum.*

CONTRA.

1. *q.* 1. *c. sunt nonnulli.*
De *consec. dist.* 2. *c. liquido.*
Ext. *de decimis. c. ad audientiam. & c. tua.*

Verbum generale restringi.

1. *q.* 1. *c. iudices.*
2. *q.* 2. *c. omnes leges.*
23. *dist. c. legimus.*
16. *q.* 1. *c. in omnibus. & c. ult.*
75. *dist. c. quod die dominico.*
Ext. *de simo. c. & si quæstiones.*

Indefinitam æquipollere uniuersali.

28. *q.* 1. *c. idololatria.*
23. *q.* 5. *c. si non licet.*
55. *dist. c. si euangelicam.*
1. *q.* 3. *c. saluator.*

SOLVTIO.

Verbum generale generaliter accipitur: quia si uniuersalis est uera, quælibet eius particularis erit uera. d.c.si is qui. nisi constet contrahentem, uel testatorem de aliquibus specialiter intellexisse. C. de transact.l.age.& D.de supellec.legat.l.Labeo.uel nisi census hoc non patiatur,ut d.c.omnes. In iure autẽ semper indefinita æquipollet uniuersali, quia quod indefinitè dicitur in canone, generaliter est intelligendum,31.q.1.c.Deus.

REGVLA CXIII.

Quod contra leges fit, per leges dissolui meretur.

PRO.

21.q.2.c.*imperiali.*
35.q.4.c.*contradicimus.*
Ext.*de testibus.c.in nomine domini.*
Ext.*qui mat.acc.pos.c.uidetur.*
C.*de leg.& const.l.non est dubium.*
D.*de uerb.oblig.l.si stipulor.§.1.*

CONTRA.

1.q.1.c.*quod quidam.*
9.q.2.c. Lugdunenſis.
7.q.1.c.*episcopus in diœcesi.*
27.*dist.c.si uir.*
44.*dist.c.de Iudæis.*
50.*dist.c.ex antiquis.*
14.q.6.c.*comperimus.*
73.*dist.c.ubi ista.*
De *consec.dist.*4.c.*à quodam.*
Ext.*de frigid.& malef.c.fraternitatis.*

Ext.

Ext.qui cler.uel uou.c.consuluit.& c.rursus.
D.de condi.sine causa.l.auunc.

SOLVTIO.

Vera est regula,quòd quicquid fit cõtra leges, de iure pro infecto haberi debet.* Sed est supplendum in regula,quicquid fit contra leges, supple, habentes perpetuã causam prohibitionis. Nam sic contra ctum non dissoluunt. Et ita responde ad illud c. si uir,& similia. Item supplendum est, quod fit contra leges. & c.si illud quod fit contra leges sortiatur effectum de iure. Et secundum hoc non est obiectio de turpitudine dantis,quia hæc fit contra legem, scilicet datio in turpi causa: attamen nõ dissoluitur per legem,quia non deficit ibi ius, sed persona quæ repetit. Nec est ibi obiectio de maleficijs,quia illa non sortiuntur effectum de iure. Nec est obiectio de dispensatione, quia dispensatio est contra literam legis. Nec est contra sententiam,quia ius iussit quòd exigente necessitate relaxetur illud quod statuitur. Vnde est obiectio de sententia, quæ non debet ferri sub conditione, sed si feratur, tenet. 2.quæst. 6.c. biduum. quia illud non est tam prohibitum, quàm non admissum.

* *Quia ea dicimur tãtum facere posse, quæ iure possumus.*

REGVLA CXIIII.

Sententiam excommunicationis posse ferri sub conditione.

PRO.

5.q.1.c.quidam.
63.dist.c.Salonitanæ.
17.q.4.c.si quis suadente.
Ext.de appell.c.præterea.
Ext.de matri.contrac.cont.interdic.eccl.ex literis.

CON-

CONTRA.

2.q.6.c.biduum.
Ext.de reg.iur.c.actus legitimi.

SOLVTIO.

Sententia definitiua non debet ferri sub conditione, lata autem tenet, d.c. biduum. Sed sententia excommunicationis referri potest, quia in multis differt ab alijs sentētijs, & per appellationē releuatur, ext.de appel.c.pastoralis. Item siue iusta sit, siue iniusta, tenet, 9.q.3.c.1.

REGVLA CXV.

Quòd opinio non præiudicat ueritati.

PRO.

3.q.7.c.infamis.§.tria sunt.
15.q.1.c.illud peræque.
Ext.de iur.patron.c.consuluit.
Ext.qui fil.sint legit.c.cum inter.
Ext.de presb.non bapti.c.ult.
Ext.de sent.excomm.c.si uerè.
D.de offi.præsid.l.Barbarius.
D.de solut.l.uero procuratori.
D.pro empt.l.quod uulg.& l.2.
D.de iur.& facti ignor.l.regula.§.qui ignorauit.

CONTRA.

Ext.de digam.c.nuper.
Ext.qui fil.sunt leg.c.referente.
Inst.de leg.§.si quis rem.
Institit.de usucap.§.error autem.
D.de usucap.l.si fur.§.1.
D.de leg.3.l.1.in prin.

SOLVTIO.

Distinguendum hîc est. Opinio de aliqua re, uel est omnium. & tunc aut est emendabilis apparente meliore, atque sic cedit, & euanescit comperta ueritate,

tate,8. dist.c.si consuetudinem: aut re minimè integra emendari non potest,& sic opinio publica loco ueritatis manet.ut,si aliquis cõiungatur affectu matrimoniali in facie ecclesiæ consanguineæ suæ: licet postmodum appareat nullum fuisse matrimoniũ, tamen propter publicam opinionem perinde habetur,ac si uerum fuisset matrimonium, & filij legitimi reputabuntur.d.c.cum inter. Opinio autem singularis personæ non præiudicat ueritati, utputa,si coniungatur quis consanguineæ suæ, & ignoret illam esse consanguineam suam,ecclesia autem sciat, propter opinionem singularem non reputatur matrimonium,nec filij erunt legitimi. d.c. referente. fallit tamen in usucapionibus,ubi opinio singularis personæ pro ueritate habetur. d. l. quod uulgò. & in maleficijs. d. c. nuper.

REGVLA CXVI.

Denunciationem impunè non contemni.

PRO.

Ext.de dolo & contumac.c.causam.
Ext.de accusat.c.Deus omnipot.
Ext.de noui oper.nunc.c.intelleximus.& c.2.
C.de rei uind.l.si fundum.
D.quæ in fraud.credit.l.ait prætor.§.si quis.

CONTRA.

Ext.de elec.c.cum inter canonic.
D. quod fals. tutore auth. gest. esse dic. l. si cum falso. & l. 2.
D.de minorib.l.tutor.
D.de remis.pigno.l.1.
D.pro emptor.l.alienam.
C.de rescind.uendi.l.si maior.

SOLV.

SOLVTIO.

Si bona fide non credit denuncianti, nō nocebit denunciatio. Si uerò credat, nocebit, si post ipsam procedat. D. quod fal. tut. aucto. gest. l. 2. In denunciatione autem noui operis nocet.

REGVLA CXVII.

Quòd Imperator non habet iurisdictionem à Papa.

PRO.

Ext. de indic. c. nouit.
Ext. de appel. c. si duobus.
10. dist. c. quoniam idem.
8. dist. c. quo iure.
23. q. 5. c. regum.
*manuscrip. *33. q. 2. c. inter hæc.*
32. q. 6. 96. dist. c. cùm ad uerum.
In Auth. quomo. oport. episc. in princip.
93. dist. c. legimus.

CONTRA.

Ext. de elect. c. uenerabilem.
Ext. de for. compet. c. licet.
63. dist. c. omnis electio.
De consec. dist. 5. c. in die.
96. dist. c. Constantinus.
15. q. 6. c. alius item.

SOLVTIO.

Dicunt nonnulli Imperatorem habere gladium à Papa, quia Constantinus imperium reliquerit Romanæ ecclesiæ. d. c. Constantinus. Verius tamen est, quòd à Deo habeat, quemadmodum dicit Augustinus 8. dist. c. quo iure. Nec enim apparet Papam Imperium accepisse, neque Constantinus potuit successori suo præiudicare.

REGV-

REGVLA CXVIII.

Nullam spiritualem seu ecclesiasticam personam habere in terris aliquam potestatem, & administrationem secularem.

PRO.

11.q.1.c.magnum.& c.te quidem.
12.q.1.c.clericus.& c.cui portio.& c.duo sunt.
Ext.de maio.& obed.c.solitæ.
88.dist.c.perlatum.
96.dist.c.cùm ad uerum.& c.si Imperator.
Ext.qui fil.sint legit.c.causam quæ inter.
97.dist.c.eccles.& c.Victor.
23.q.8.c.reprehensibile.& c.seq.

CONTRA.

Ext.de maio.& obed.c.omnes.
12.q.1.c.futuram.
63.dist.c.ego Ludouicus.& c. Hadrianus. uers. per singulas.
96.dist.c.quis dubitet.& c.Constantinus.
11.q.1.c.omnes itaq;.uers.uolu.
23.q.8.c.igitur.& c.hortatu.& c.ut pridem.

SOLVTIO.

Nemo Deo militans implicare se debet negocijs secularibus, dict. c. reprehensibile. Neque spirituale Christi regnum, cui sacerdotium ministrat, est sub elementis huius mundi quærendum, d.c.duo sunt. & quia ratio capitis est temporalium depositio, ut ibidem dicitur, ideo non obstant quæ in contrarium adducuntur. Nam illa partim loquũtur de functione ecclesiastica, quæ ad principem non pertinet, partim etiam ubi de potestate seculari dicunt, est allegatio partis de facto præsumpta, d.c.igitur. & c. Cõstantinus.

tinus. Quantum ad dispensationem rerum ecclesię, non debet prælatus se eis totum immiscere, neque œconomi officium, quem episcopus debet constituere, subire, 89. dist. c. uolumus. sed debet esse discretus in suo officio persoluendo, 36. & 39. dist. & Leuitica portione (si reuera indiget) contentus, respectum habebit, ut peculium ecclesiæ ac reditus tantum ad necessariam egentium sustentationem relicti, ritè per suos dispensentur. 12. quæst. 1. c. ex his. & 88. dist. c. perlatum. & c. episcopus nullam. In temporalibus uerò superioritatibus, & omnibus iuribus mundanis sicut Deus, & Apostoli in terris Imperatori subditi fuerunt,* ita quoq; successores eorundem subijci debent, ne sibi iudicium acquirant, d. c. magnum. & 11. q. 3. c. qui resistit. Nam imperialis potestas à Deo est. d. c. si Imperator. Quomodo autem Papa utrunque gladium, & cœlum, & terram à Deo in solidum acceperit, Deus nouit.

* *Omnia iura Pontificis, saluo uerbo Dei, in manu Imperatoris sunt. 23. q. 8. conuenior. & Pontificalis apex imperatoriæ potestati inest. 21. dist. cleros.*

REGVLA CXIX.

Paria delicta mutua pensatione dissoluuntur.

PRO.

Ext. de diuort. c. significasti.
Ext. de adult. c. intelleximus.
Ext. de conces. præb. c. cum super.
Ext. de except. c. cum ecclesiastica.
23. q. 6. c. nihil iniquius.
D. de condi. sine causa. l. auunc.
D. de condi. ob turp. caus. l. 2.
D. sol. matri. l. uiro atq; uxore.

CONTRA.

Ext. de præb. c. cum non ignores.
Ext. de conces. præb. c. ex tenor.

6. q. 1.

6.q.1.c.qui crimen.
D.de dolo.l.si duo.
D.de do.excep.l.apud Celsum.§.Marcellus.
25.dist.c.priuatum.
D.de reg.iur.l.cum per delictum.
C.de libera causa.l.si filium.

SOLVTIO.

Speciale est in causa matrimonij, quòd actor opposita replicatione adulterij, exceptionem adulterij à reo oppositam elidat: aliàs in causa pari turpitudinis conditio rei potior est. d.l. cùm par delictum. & not. fuit sup. in illo generali, Allegans turpitudinem suam audiri non debet. Item in exceptis criminibus audiuntur participes criminis contra reum, 7.q.1.§. quiduis.

REGVLA CXX.

Nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habet.

PRO.

1.q.7.c.Dabertum.
54.dist.c.abbatem.
Ext.de iur.patron.c.cura.& c.quod autem.
Ext.de donat.inter uirum & uxor.c.nuper.
D.de donat.l.filius.
D.de acquir.re.dom.l.tradit.
D.de reg.iur.l.nemo.& l.in his.
C.quod cum eo.l.si libertam.

CONTRA.

D.de administr.tutor.l.lex quæ.& l.fin.
De acquir.rer.domin.l.non est nouum.
D.de euic.l.si pignora.

D.*de usufruct. l. quod nostrum.*
In Auth. quib. alien. non licet. §. contra.
Ext. de donat. c. pastoralis.
De consec. dist. 4. c. à quodam.

SOLVTIO.

Regulare est quòd nullus plus iuris potest in alium transferre, quàm habet. fallit tamen in creditore, qui uendendo pignus trãsfert dominium quod non habuit. d. §. contra. Item in tutore, qui uendendo rem pupilli, transfert dominium quod ipse non habuit. d. l. lex quæ. Item in executore, qui uendendo rem alterius transfert dominium, quod non habuit. l. si pignora. Item in usufructus constitutione, quia licet dominus non habeat usumfructũ rei suæ, tamen concedit alij. d. l. quod nostrum.

REGVLA CXXI.

Facientes & consentientes pari pœna plectuntur.

PRO.

2. q. 1. c. uotum.
17. q. 4. c. omnes.
11. q. 3. c. qui consentit.
3. q. 4. c. consanguineorum.
83. dist. c. 1. 2. & 3.
Ext. de simon. c. non satis.

CONTRA.

Ext. de cleric. excom. c. lator.
Ext. de homic. c. sicut dignum.
86. dist. c. tanta.
1. q. 1. c. quicquid.
24. q. 3. c. qui aliorum.
D.*de furt. l. is qui opem.*

SOLV-

SOLVTIO.

Est consensus cooperationis: hic talis punitur æqualiter cum faciente, ut in Rubrica dicitur. Est & consensus negligentiæ, & talis consensus minus punitur quàm faciens, d.c.quicquid. Et consensus authoritatis, ubi quis prestat authoritatem illi, qui per se committere non potuit, d.c.qui aliorum.

REGVLA CXXII.

Diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget.

PRO.

24.q.2.c.schisma.
32.q.2.c.flagitia.
8.dist.c.consuetudo.
Auth.ut nulli iudic.§ 1.
Ext.de simon.c.non satis.
D.de act.& obl.l.obligationum.

CONTRA.

Ext.de iur.patron.c.cura.
Ext.de tempo.ordi.c.sanè.
Ext.de cogna.spirit.c.super eo.
32.q.4.c.obijciuntur.

SOLVTIO.

Longus & inueteratus usus illius, qui malam inducit consuetudinem, non excusat illum inducentem, nec minuit delictum, sed auget. Aliorum autem usus, qui illam malam consuetudinem fuerant secuti, extenuabit peccatum, sed non minuit, uerùm auget, quantum ad animum delinquentiũ: quia quanto longius obseruata fuit, tanto pluries deliquit. non autem quantum ad magnitudinem delicti. Verius tamen suprà soluitur in illo generali, Consuetudinem excusare.

REGVLA CXXIII.

Mitius agitur cum sponte confesso, quàm cum in iure conuicto.

PRO.

C. *de confessis. l.* 1.
Ext. *de confessis. c.* 2.
Ext. *de iudic. c. at si clerici.*
Ext. *de simon. c. de hoc.*
12. *q.* 2. *c. non dicatis.*
2. *q.* 1. *c. nos in quenquam. & c. iudex.*
50. *dist. c. presbyterum. & c. si quis.*

CONTRA.

2. *q.* 1. *c. imprimis.*
15. *q.* 8. *c. si quis presbyter.*
Ext. *de furt. c. ult.*

SOLVTIO.

Mitius agitur cum confesso, quàm cum conuicto: nisi confiteatur metu probationis. tunc enim perinde punietur, ac si conuictus esset.

REGVLA CXXIIII.

Rei quantitas iuris diuersitatem inducit.

PRO.

1. *q.* 1. *c. iudices.*
2. *q.* 6. *c. anteriorum.*
Ext. *de decimis. c. suggestum.*
Ext. *de simo. c. & si quæstion.*
D. *de abige. l.* 1.

CONTRA.

Ext. *de emp. & uend. c. ad nostram.*
Ext. *de appel. c. de appellationibus.*

Ext. *de*

Ext. de simon. c. ex tuæ. & c. 1.
14. q. 6. c. furtum.

SOLVTIO.

Optimũ generale est, & obtinet in pecuniaria satisfactione, ubi naturalem imitatur æquitatem. Contraria uerò obtinent in maleficijs, ubi secundum iuris apices plus rigor quàm æquitas, plus factũ quàm ius consideratur. D. ad l. Cornel. de sica. l. in maleficijs. Quod de appellationib. adijcitur, existimo speciale: hoc tamẽ habet cõmune cum prioribus, quòd introducta est ad rigorem iuris obseruandum.

REGVLA CXXV.

Cum conceditur alicui quod maius est, prohibetur ei quod minus est.

PRO.

Ext. de raptor. c. super eo.
Ext. de decimis. c. tua.
Ext. de torneam. c. felicis.
Ext. de offi. ord. c. pastoralis.
Ext. de tempo. ord. c. literas.
2. q. 1. c. si qui episcopi.
50. dist. c. placuit.
80. dist. c. episcopi non in.
88. dist. c. episcopus guber.

CONTRA.

Ext. de decimis. c. tua.
44. dist. c. nulli clerico.
24. q. 1. c. miramur.
7. q. 2. c. nullus primas.
D. de senato. l. qui indignus.
D. de interdict. & relegat. l. relegatorum.

SOLVTIO.

Cui cõceditur maius, conceditur ei minus, quod est eiusdem censuræ, nisi minus interdicatur ob honorem personæ. ut quia prohibetur ne episcopus sit in minima ciuitate, & sic uilipendatur. d. c. episcopi non in. uel nisi minus interdicatur ob terrorem. Vnde quandoq; mortuo conceditur corpus Christi, & denegatur sepultura. d. c. felicis.

REGVLA CXXVI.

Quemlibet puniri, in quo deliquit.

PRO.

25. q. 2. c. ita nos.
11. q. 3. c. priuilegium.
17. q. 4. c. frater & coepisc.
Ext. de non ordinan. min. c. literas.
Ext. de elec. c. cum in cunctis.
Ext. de usur. c. quia frustra.
Ext. de appell. c. an sit.
Ext. de cler. excom. c. ex literis.

CONTRA.

Ext. de rest. spol. c. in literis.
Ext. de dolo & contum. c. 1.
Ext. de iureiur. c. ad audientiam.
82. dist. c. presbyt.
16. q. 1. c. reuertimini.

SOLVTIO.

Si non puniri possit in quo deliquit, puniendus est per cõtraria remedia: & si nec per illa puniri possit, uel quia sit pœna insufficiens, puniatur in alia. Quandoque autem non punitur quis in eo in quo deliquit, quandoq; indulgetur ei, quia modica fuit offensa. ext. de dolo & contum. c. 1. uel propter delictum aduersarij non infertur ei pœna in eo, in quo deliquit. d. c in literis.

REGV-

REGVLA CXXVII.

Priuilegium tolli per abusum, uel per actum contrarium.

PRO.

11.q.3.c.priuilegium.
64.dist.c.ubi ista.
Ext.de præben.c.pro illorum.
Ext.de constit.c.cum accessisset.
Ext.de his quæ fi.à maio. c ex tenor.
Ext.de concess.præb.c.cum nuper.

CONTRA.

Ext.de priuileg.c.si de terra.& c.accedentibus.
25.q.1.c.priuilegium.
C.de excusat.tut.c.uoluntariè.
C.de his qui spon.mun.sube.l.ult.

SOLVTIO.

Per abusionem non tollitur priuilegium ipso iure, sed potest auferri per superiorem, ubi quis abutitur eo, faciendo contra priuilegium. quoniã si contrarium priuilegio fecisset 40. annorum spacio, tũc tolleretur priuilegium per exceptionẽ præscriptionis. d.c.si de terra.& c.accedentibus. Per unicum actum contrarium fortè tollerentur ista priuilegia, quæ obtenta essent ad instantiam petentium.

REGVLA CXXVIII.

Quenq; posse renunciare iuri suo.

PRO.

Ext.de priuileg.c.si de terra.
Ext.de elec.c.cum nobis olim.
Ext.de renunc.c.quod in dubijs.

Ext. de regular. & transeun. c. ad Apostolicam.

CONTRA.

D. de procur. l. filiusfa. §. ueteran.
D. de postulan. l. quos prohibet.
D. de pact. l. ius agnationis.
D. de iurisd. omn. iudic. l. si idem.
C. de iura. calumn. l. 2. §. sed quia.
C. de pact. l. in conscribendo.
Ext. de for. compet. c. si diligenti.
Ext. de sent. excom. c. contingit.
7. q. 1. c. quàm periculosum.

SOLVTIO.

Quisque iuri quod pro se est introductum, potest renunciare. fallit tamen in casibus, quos notaui in decretali illa, ad Apostolicam. Iuri autem quod non est introductum tantum pro me, in quantum tangit me, renunciare possum. d. c. ad Apostol. Fallit tamē hoc in tribus casibus introductis ad decorem ecclesiæ seruādū circa clericos. d. c. si diligēti. & c. cōtingit.

REGVLA CXXIX.

Ecclesiam non debere exigere pœnam pecuniariam.

PRO.

1. q. 1. c. nullus episcopus.
16. q. 6. c. cognou. & c. illud.
83. dist. c. si quis episcop.
Ext. de pœn. c. licet. & c. senten.
Ext. de simon. c. nemo.

CONTRA.

Ext. de raptor. c. in archiepiscopa.
17. q. 4. c. quisquis.
16. q. 1. c. statuimus.

12.q.2.c.cum deuotißima.
1.q.1.c.quicquid.

SOLVTIO.

Si pœna pecuniaria ſit taxata in iure, eam poteſt infligere prælatus quilibet, qui cognouit de cauſa eius qui deliquit, cùm fuerit cõuictus, uel in iure cõfeſſus. ext. de offic. delegat. c. de cauſis. Si uerò non ſit taxata in iure, tunc non infligit eam ſecundum quoſdam: uel ſi alia pœna taxata ſit quàm pecuniaria. Verius tamen eſt, ſi alia pœna ſit taxata, uel nulla, quòd poſsit inferre pœnã pecuniariã: niſi uideat melius poſſe corrigi delinquentẽ per illam pœnam, quàm per aliam. Nam ſi in corrigẽdo, ſiue ignoſcendo hoc ſolum fiat, bene agitur, ut uita hominũ corrigatur, 23.q.5.c.prodeſt. In d. autem decret. licet. inferebant iudices pœnam pecuniariam, ut ſibi retinerent eam: quod non debet fieri. Imò pœna talis debet fiſco applicari, uel in fabricam maioris eccleſiæ expendi. C. de modo mulct. l. mulctar.

REGVLA CXXX.

Victum victori in expenſis eſſe condemnandum.

PRO.

Ext. de priuileg. c. cum olim.
Ext. de pœn. c. calumniam.
3.q.4.c. quod fieri.
C. de iudic. l. properandum.
C. de fruct. & lit. expenſ. l. 2.
C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 1.
C. de recuper. ſump. l. 1. lib. 10.
C. ſent. altera parte abſent. non ferre. per totum.

CONTRA.

1.q.ult.c.ſancimus.
2.q.3.c.ſi quem.uerſ.notandum.
D.de iudic.l.eum quem temerè.
Inſt.de pœna temerè litigantium.in princ.
Auth.de litigioſ.§.ad excludendum.

SOLVTIO.

Quidam dicunt uictum uictori non eſſe condemnandum ad expenſas, niſi probetur eum malitioſè mouiſſe litem, ut in concordantijs proximè poſitis. & maximè cùm ſemper præſumatur eum rectè mouiſſe litem, ex quo iurauit de calũnia.d. c. ſancimus. Verius tamẽ puto quòd indiſtinctè ſit uictus uictori condẽnandus ad expenſas in lite factas, quia præſumitur ipſum malicioſè litem mouiſſe, ex quo deficit in probatione ſuæ intẽtionis. C. de aduoc.diuerſ. iudic.l.1. Cæterum prima ſolutio uerior eſt. In cauſa tamẽ appellationis ſemper fit condẽnatio in expenſis obtinenti uictoriam, 2.q.6.c.omnino.

REGVLA CXXXI.

Ignorantiam allegans, eam probare debet.

PRO.

50.diſt.c.quantum.
9.q.1.c.ordinationes.
34.q.2.c.in lectum.
1.q.1.c.ſi qui à ſimoniacis.
Ext.de ſent.excom.c.ſi uerò aliquis.
D.de probat.c.cum deinde.
C.de lon.temp. præſcrip.c.emptor.
83.diſt.c.propoſuiſti.

CON-

CONTRA.

3.q.9.c.auditis.
D.de probat.c.uerius.
Inst.de legat.§.qui res.

SOLVTIO.

Qui ignorantiam allegat, eã probare debet. Probatur uerò ignorantia hoc solo, quod non probatur contrarium, C.qui milita.pos.uel non.l.super seruis.li.12. Vel probatur per iuramentum illius, qui dicit ignorasse: quia cùm ignorantia penes animum sit, non poterit aliter probari.

REGVLA CXXXII.

Naturæ ac rationis ordinem, & legem generalem Dei, nulla constitutione humana coarctari aut dissolui posse.

PRO.

25.q.1.c.quæ ad perpetuam. & c.sunt quidam. & c. uiolator.
22.q.2.c.si quis per.
1.q.ult.c.ult.
Ext.de reg.iur.c.qui scandalizau.
27.q.1.c.nuptiarum.
10.dist.c.non licet.
11.dist.c.nolite.
25.q.2.c.dicenti. & c.posteaquam.
